

17071

ASYLON FORI ECCLESIASTICI  
IN QUOD  
**R E C E P T A E**  
**CLERICORUM**

*CAUSÆ CONTRA MALE USUR-  
PATAS LAICORUM SUBIECTIONES EX  
UTROQUE JURE DEFENDUNTUR.*

PRÆSIDE

*ADMODUM REVERENDO ET CLARISSIMO*

**P. ÆGIDIO RANBECK, ORD. S. BE-  
NEDICTI, MONACHO SCYRENSI, J.U.D.**

*Illustrissimi & Reverendissimi Principis ac Archiepiscopi nostri Sa-  
lisburgensis in rebus Ecclesiasticis Consiliario ac SS. Canonum  
Professore Ordinario.*

**SOLENNITER APERTUM**

Multum Reverendo, & Ornatissimo Domino  
**MARTINO BURGER ARTIUM LIBERALIUM ET**  
**PHILOSOPHIÆ MAGISTRO AC PAROCHO WAGIN-**  
gensii Alsata, pro Ultimâ ex utroque Jure Laureâ  
consequendâ,

*IN CATHOLICA ET ARCHIEPISCOALI UNIVERSI-  
TATE SALISBURGENSI PROPUNGNATUM.*

Ad Diem Junij. Anno M. DC. LI.

---

SALISBURGI,

In Officina CHRISTOPHORI KATZENBERGERI, Typo-  
graphi Aulici & Academicici.

P A R I D I  
LODRONIO

ILLUSTRISSIMO

S. R. I. PRINCIPI.

REVERENDISSIMO

SALISBURGENSIS  
METROPOLITANÆ  
ECCLESIAE  
ARCHIEPISCOPO

SEDIS APOSTOLICÆ

LEGATO, &c.

PRINCIPI

DOMINO, DOMINO  
SVO CLEMENTISSIMO.

IN=03000J760

**V**Enio cum Votivâ tabulâ, Princeps  
Illustrissime, quam, si pateris, ad Tuæ  
Celsitudinis tholum figo non unâ ma-  
nu, quando hæc causa Clericorum communis  
est. Naufragi, quid dissimulem?: magnam par-  
tem sumus ad forenses Laicorum scopulos, quoti-  
es velificandum in Judiciorum mari est; nam  
rapimur inviti extra malaciam Fori Ecclesia-  
stici, & non ab una Schylla forbentur res &  
spes nostræ. Quantula prædia sine præda:  
quantuli fundi, non infundo? quantulæ res  
nostræ, quæ non passim deglubuntur: ita pro-  
fanè Clerici tondemur. Novum mihi terri-  
torium seculare sit, quod Civiles Clericorum  
causas suam ad incudem non rapiat. Ibitun-  
damur oportet: ut sacrilegium sit, avocare  
causas ad sacratiora Tribunalia velle, quando  
vix jam manus abstinetur à Divinis. Fateor  
audacter loquor; sed ut illi qui in littore stan-

tes saxum ostendunt. Nam Tuo in foro,  
Tuis sub alis securus ambulo.

Cæterum si recte memini, jam ab decem  
annis primò in Patria fluctuantem me Tuam  
ad Salsam (meliori sale) accepisti, & ne otio-  
sus exilium meum circumferrem, Præfectū  
Collegio Lodronio allegisti, donec jam Phi-  
losophiā, jam Jure tinctum denique VVa-  
ging & Parochum instituisti. Interea sæpe me-  
cum (sed ut amant, qui ad solem plenum stant  
conniventibus oculis) Virtutes tuas venera-  
bundus expendebam, admirabar dignos Leone  
Tuo animos, quibus tot pericula domi, foris in-  
cumbentia fortiter fregisti, In uno Tibi Pari  
Parem illo bellorum turbine haud facile de-  
prehendi, qui Libertati Ecclesiasticæ Tui Cleri,  
Tuæ Ecclesiæ, heu passim fatiscenti ! tam po-  
tenter succollâsset; dicerem, nisi recens me-  
moria suggeret, quomodo Sacra Lipsana, Ec-  
clesiasticamque supellectilem ab harpaganti-  
bus Laicorum manibus tutatus sis, lura, actio-  
nes, ac personas Clericorum circumcinxe-

ris, Patrimonium S. Ruperti defensaveris, atque  
etiamnum (scit Sacrum Tuum Consiliū) Li-  
bertati Ecclesiasticae viriliter suffrageris. Quod  
apud aliquos verbiverbum est, Canones bla-  
tis edi ac tineis, muribus nō moribus, nullibi  
mediusfidius locū inventuros, nisi cum pipe-  
re aut ficu, vel passis in Martium uvis, id Tua  
viridi observantiā luculenter confutas, atq;  
fabulam esse convincis, quando quotidianā  
experiētiā discimus, quomodo Ecclesiarum  
causas examissim ad Sacros Canones, velut  
ad Lydium lapidem examines.

Cui ergo Sacrorum Antistitum Priori po-  
teram, Me & has meas pagellas vel fato vel  
voto meliori sacrare, quam Illustrissimae Celsi-  
udini Tuæ: quæ olim exilium meum feliciter  
ecreavit, gratia subfulsit, perpetuo bene-  
icio sustentavit. Accipe igitur commune  
Clericorum votum, Patrone Clementissime, &  
quorum Sacram Libertatem hucusque tuam  
per Archidiæcesin tam potéter propugnasti,  
patere his pagellis æternum Tibi per Me de-

votos esse. Ita supplex voveo. Salisbur-  
gi. ipso SS. Marcellini, Petri, atque Erasmi  
Mart: Festo Die. Anno M. DC. LI. A

*Illusterrimæ Celsitudini Tua.*

*Humillimus & subiectissimus Cliens,*

MARTINUS BURGER  
parochus Wagingensis.

*APPROBATIO.*

**Q**uod acerius impugnatur Immunitas Ec-  
clesiastica, eò alacrius Clerici debent Spar-  
tam defendere suam. Hoc cùm Admo-  
dum Reverendus D. Candidatus in hac doctis-  
sima Disputatione, ex fonte SS. Canonum hau-  
sta, salvâ in omnibus Fide & morum Hon-  
estate optimo Zelo contendat, Jure suo & Di-  
sputatio Lucem, & Ipse Lauream meretur.

P. CAROLUS JACOBI ex Monte sancto,  
SS. Theol. D. & Professor Illusterrimi &  
Reverendissimi Archiepiscopi Consilia-  
rius, Universitatis Procancellarius.

PRO-

**A**D hujus anni caput, amice Lector, dum præ-  
lectiones meas postliminio nuper ordior, titulorum se-  
ries me in amenam Immunitatis Ecclesiastice Materiem  
traxit, oppido Clericis amicam. Sed me Hercle, ut clavus cla-  
vum pellit, ita hæc, et si tot Canonum sanctionibus firmata,  
toto perforata foro est, pulsâ, fugata. Jurares ex condicto  
Laicorum Tribunalia hanc sepultum ire, ita passim in vici-  
nia mortis agit, ut ominari liceat, vel inde etiam pullatos  
Sacerdotes esse, quod tumulatam libertatem masti lugeant.  
Hanc si suscitare liquidi Juris miraculo cœlius, & textus  
applices. Hæc fori praxis est, objiciunt, & sarcasmis  
quiritantem lacerant. Ohe jam satis est, hunc Claudij bo-  
lum non edimus. sed si scitari licet, jura fori amusses non  
sunt, & regulæ? Sie, inquiunt. Apage igitur exemplorum  
equiteos, in quibus illi Sanctissima Jura nequiter in foro su-  
spendunt. Nam si exemplis agendum est, iterum Tabulas  
cum Moyse frangas, & illine omnem Juris ceram. Quid ita?  
passim aliud practicatur. ut adeò si viam Juris hodie  
ingredi marvelis, toto limite exerres; quando via facti pren-  
sant forenses nostri Ambulones, quibus sufficit cum multis ire.  
Versiculo Veteri: sic ibimus, ibitis, ibunt. Sed enim  
audis, quod excenties audiendum de jure? Legibus non  
exemplis Iudicandum est, non enim, si quid non  
benè

benè dirimitur, in aliorum Iudicium vitium extendi oportet. Sed clamet hec ad Ravim Justinianus, Forum obstrebit, non audietur.

Ceterum lubuit in hanc messem potius auctorare factum nostram, quam in alijs denuo calamum fatigare, quando contra Juris quoq; Divini Sanctiones Sacra Clericorum Libertas tam misere jugulatur. Satyram hic non scribo, et si Cleromastyges abunde mereantur. Miror tot passim censuris palam Judices feriri, nec vereri. Dicam cum Ioanne Cockier in suis vindicijs: mala Heresum ova, non nisi ab his immunitatis Ecclesiasticae conculatoribus exclusa, postquam illa in vitiorum & injuriarum nido contumulata est. Ad solum autem hoc fori Asylon interim Clericorum causas invitavi, quod breves pagella totam Libertatis Ecclesiasticae Majestatem non caperent. Magis usitata selegi, ut viderent multi, quam non suo Jure tondeant Clericos. Dixi aliqua liberè pro Libertate, fretus illo Chrysostomi ex. c. nolite. II. q. 3. ubi, veritatis proditorem esse, afferit, qui eam liberè non defendit. Neminem sciens sugillo. In uno multorum vicem doleo, qui, ut in lure fortiter adolescent, ex Acatholicorum libri non tam vires quam virus sugunt. Hinc illi ructus graveolenti, qui utinam fatalem fidei vomitum in multis non irritent! Sed aurem vellant ij, qui auricularij Magnatum sunt. Nos manum de tabula. Tu favet amice Lector, atq; equi & boni consule.

THE.



# THEISIS UNICA.

**S**icut acrum immunitati Ecclesiasticorum, Vexatisque illorum rebus Asylum fundaturi, surrecturā molem in compendio unicæ conclusionis adumbramus, describimusque privilegium fori, quod sit quædam (A) immunitas, tam de Jure Divino (B) quam humano (C) Ordini Ecclesiastico(D) concessa, quâ, qui sunt de hoc statu Vallati, neque vorientes neque inviti (E) ad forum sacerulare trahi possunt (F) sive jam actione civili (G) sive criminali (H) personali (I) aut reali (K) agatur.

[A] DIXIMUS QUÆDAM IMMUNITAS. tres enim communiter species immunitatis Ecclesiasticæ in genere acceptæ percensere DD. palam est, per ea, quæ notat ex communi Layman de immun. Ecclesiast. Tract. 9. lib. 4. c. 1. rerum scilicet, personarum, & locorum. Cæterum Originem vocabuli IMMUNITATIS eviscerando, Iuridicâ derivatione à MUNERE deduci arbitramur, per l. munus. ff. de verb. sign. munus enim non tantum donum, sed & onus significat, ut adeò immunitas, attestante textu eiusdem Legis aliud nihil sit, quam liberatio ab onere, ita enim loquitur textus: *onus cum remittitur, vacationem munieris præstat.* diceturque immunis, qui liberatur ab onere alijs imponi solito, sicut MUNIS à contrario sensu etiam latitudo phrasivocatur, qui onere certæ rei præstandæ tenetur, hinc Plautus in Mercatore: *DICO EIUS PRO MERITIS GRATUM ME AC MUNIMIORE.* id est obligatum. Triplicia autem onera

sive munera etiam in Jure Civili assignari. tex. est in L. munerum ff. de mun. & hon. & L. sunt munera. ff. de vacat. & excus. mun.

[ B ] DIXIMUS TAM DE JURE DIVINO QUAM HUMANO, hanc palmariam difficultatem ante quam exenteremus, dici-  
mus antiquissimam, & ab ipsâ etiam naturâ vulgatam ordinis Ecclesiastici libertatem esse, et si post tumultuantem jam ab Adami lapsu Idololatrarum superstitionem, ac immensam omnis generis vitiorum iunctionem, ea vix non oblite-  
rata, ac extremè conseputa sit; quodam tamen velut fomi-  
te ex hoc fatali busto reside, meliores hominum animos na-  
tura identidem inflammabat. Certè Alexander Magnus Hi-  
erosolymam expugnaturus teste Camillo Borello in summa Decisi-  
num tit. 3. de his qui ad Eccl. config. num. 11. & Jaddum Pontificē  
sibi obviam factum reverenter exceptit, & facto Hierosolymis  
sacrificio templo immunitatem indulxit, quod Genebrardus in  
suo Cronico circa annum ab orbe condito 3791. evenisse narrat.  
Genes: cap. 47. cum Joseph subjecisset omuem terram Ægypti  
cum populis & terminis suis Regi Pharaoni, solos exceptit  
Sacerdotes & illorum terram, quod test. eodem Genebrardo  
Anno 2109 à mundi exordio contigit; Taceo plures Sacrae  
Scripture locos enucleatius expendere, videre potest qui vult  
lib. 1. Esdra cap. 7. ibique interpret: & quod legitur Numer. 18.  
quæque de Sacerdotibus & illorum exemptione in Exodo &  
Levitico enarrantur. Illud silentio prætereundum non puta-  
vi, quod in Occidente quoque mox ab Urbe condita Romu-  
lus test. Dionysio lib. 2. ut cum Dempsterus antiq. Roman. lib. 3.  
cap. 7. citat, 60. Sacerdotes atate maturos sacris præficerit, vo-  
lueritque esse immunes à militia, exemptosque à negotijs Ur-  
banis. Sanè Plutarchus in Marcello ac Camillo ad Propositum scri-  
bit, quod etsi vacationem militiae Sacerdotes Romæ haberent,  
Gallis tamen tumultuantibus, quo tunc nomine nostri Ger-  
mani notabantur, neque illi abesse bello poterant, tam ter-  
ribiles, ut idem Plutarchus ait, Romanis erant. Idem Demp-  
sterus

# privilegium fori.

3

Sternus lib. 8. cap. 1. in fin. & quæ Casar. lib. 6. de bello Gallico  
quoad Druidas Gallorum Sacerdotes scribit. De Aris. ac  
templis & illorum immunitate res notissima etiam Poëtarum  
fabulis facta est, adeò ut Ara confugij apud antiquos in com-  
mune verbum abiverit, hinc illud Ovidij lib. 4. de Iris. Eleg. 5.  
Vos eritis nostra portus & Ara fuga. Vos ego complector Gethicis si cinc-  
gar ab armis &c. ut adeò naturæ Lex & Lux hanc immunitatis  
prærogativam etiam in illâ paganismi nocte mortalium ani-  
mis inspirâsse ac imperâsse videatur.

CETERUM GRAVISSIMA QUÆSTIO EST INTER CANONI-  
STAS ET THEOLOGOS MAXIME IUNIORES A CRITER HUCUS-  
QUE DISPUTATA, NUM HÆC NOSTRA IMMUNITAS IURIS  
QUOQUE DIVINI SIT, VEL SOLUM HUMANI AC POSITIVI.  
Aliqui, præsertim recentiores Theologi, allegati à Laymano  
lib. 4. trac. 9. cap. 8. Azorio Tom. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. Vers. altera  
sententia, Barbos. in c. Ecclesia S. MARIAE de Constit. Tambu-  
nino de Iur. Abb. Tom. 1. disp. 15. q. 19. quorum primus est Ioan.  
Medina Cod. de rest. q. 15. Sotius in 4. distinc. 25. q. 2. art. 2. Victoria  
relect. 1. de pot. Ecclesiast. §. sequitur consequenter. Salon. 2. secunda. q.  
62. art. 7. controvers. 1. conclus. 1. Sayr. in suo Thesauro lib. 3. c. 22.  
de excommun. Bulla Cana Domini. Molin de Iure & Inst. Tom. 1.  
Tract. 2. disput. 31. num. 11. alij. Et ex Canonistis maxime Covar.  
praet. q. c. 31. Et pauci qui illum sequuntur majori ex parte  
Hispani, quosque Cavallos communium contra communes q. 550.  
allegat; ex quibus plerique indifferenter tenent, immuni-  
tatem hanc Ecclesiasticam tantum Iuris esse Humani ac Posi-  
tivi, Pontificum ac Imperatorum Constitutionibus Sanc-  
tam. SUAM STABILIRE sententiam nituntur PRIMO. quia si  
hæc exemptio esset Juris Divini, deberet allegari posse tex-  
tus ex Lege vel Jure Divino, sed hoc fieri non potest, ergo.  
non enim ex Lege Vet. testamenti, v. g. quoad illa, quæ in  
Exodo & Levit. alijsque locis suprà citatis scripta sunt, ea  
enim vel præcepta solum Iudicialia & cæremonialia fuerunt,

B 2

quæ

quæ per passionem CHRISTI extincta esse notum est, test. D. Paulo ad Habreos. 7. c. translato. de Constitut. cap. unico. de Purific. S. Thomas 1. 2. q. 104. art. 3. Vé quod ibi in Sacra Scriptura notatum Legitur, ut Genesis cap. 47. & primo Esdræ cap. 7. Iuris Humani fuit, ut vult Medina loc. cit. tanquam ab homine, Iosepho scilicet, approbante Rege Pharaone, vel Artxerxe constitutum. Non etiam ex Lege Novi Testamenti, nam quod communiter assertur Matthæi 17. ibi Dominus locutus est de sua persona, ut interpretatur Bellarminus Tom. 1. de Cler. lib. 1. cap. 28. qui sine dubio Iure Divino imminnis tuit à p̄fstatione Tributi.

SECUNDO NITUNTUR probare suam sententiam, quod indubitate textus sint ex Novo testamento allegandi, ex quibus patet Clericos potestati Laicorum subjectos fuisse, certè ipse CHRISTUS fatetur, Pilatum in suam Personam habuisse Iurisdictionem Ioan. 19. dum ait, non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Paulus etiam Actor. 25. ad Cæsarem appellavit, à quo se judicari oportere dixit, & ad Roman. 13. ait, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. TERTIO probant quia Christiana Religio non liberat ab ullo alio vinculo civili, quod præterat ante Religionis susceptionem v. g. non à conjugio, ab officio obedientiæ, à debito pecuniario, aut ære alieno, ergo neque CHRISTUS dicendus est per ordinem Ecclesiasticum aliquem ab officio parendi Principibus liberare voluisse.

QUARTO cum Clerici sint membra ac Cives Reipub. passim cum Laicis in eant contractus, & conventiones, nunc quid rationi naturali consonum erit, ut sicut tota communitas ac reliqua Reipublicæ membra communitatis Principi tanquam Capiti subjecta sunt, ita etiam Clerici, tanquam quædam pars Communitatis subjiciantur? omnis enim pars turpis est, non conveniens suo toti. Capit. que contra. distinc. 8.

QUINTO si Iuris Divini hæc est exemptio, quomodo ergo

ergò illa minui ac restringi à Summo Pontifice valet? imo & demandari Clericorum causæ Laicis possunt, sicut delegari taliter posse, tenet Glossa in capit. valde. distinc. 94.

ULTIMO notum est tām ex Iure Civili quām Pontificio, hanc immunitatem concessam Clericis ab Imperatoribus ac Pontificibus, cum ante multa tempora antecedenter absque contradictione non tantum paganis sed etiam Catholicis Imperatoribus Paruerint, ac Tributa de rebus Ecclesiæ penderint, per ea quæ notantur in capit. Tributum 23. q. 8. & teste Bellarm. cit. cap. 28. de Clericis. notat Ambrosius in oratione de tradendis Basiliis, hujus exemptionis successu temporū ab Imperatoribus factæ. textus passim toto tit. C. de SS. Ecclesiis & de Epis. & Cler. sunt, Et in Novell. ut Cler. apud propri. Epis. &c. alijsque locis.

HIS T A M E N N O N O B S T A N T I B U S D I C O C O M MUNIOREM, & veriorem, ac tenendam esse sententiam per DD. superiū citatos, & quos fusè allegat Resolut. Moral. part. 1. tract. 2. de immun. Eccles. Diana. resolut. 1. & p. 4. tracta. 1. resol. 44. Barbosa in tract. Iur. Eccl. Univers. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 5. Clericos de Iure Divino non tantum quoad personas, sed & res & loca absolute immunes esse.

ET PRIMO quidem quantum ad ea, quæ Spiritualia, Divina, ac Ecclesiatica sunt, ut est materia Sacramentorum, illorum administratio, & officium, item interpretatio verbi Divini, & circa illa delinquentium correctio, sicut & sanctio pñnarum Ecclesiasticarum, veluti sunt censuræ, irregularitates, depositiones, degradationes &c. quo etiam pertinet idoneos Ecclesiæ ministros examinare, eligere, creare, instituere, confirmare, atque ad ordines promovere, etiam apud contraria sententiaæ authores catholicos Iuris Divini esse dubium non habet, velut attestatur Azor. ubi supra Tom. 1. lib. 5. cap. 12. sicut nec apud eosdem in controversia est, Clericos Sacris mysterijs destinatos negotijs sacerularibus perpetuo, etiam iussu Principum, implicari non posse, ut est arma tractare, bel-

la gerere, & similia, uti nec ambigunt etiam dicti contrariae sententiae Authores, quod quidquid Iuris ac potestatis habent Laici in rebus Spiritualibus, habeant ex privilegio, concessione, & beneficio Ecclesiae; ut est Ius Patronatus, Sepulturae, Ius exigendi pensiones beneficiis Ecclesiasticis impositas, eligendi aliquos ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas. Ratio, quod quoad hæc Spiritualia immunitas Clericorum Iuris Divini sit, secundum Bellar. cit. cap. 28. de Clericis est, quod Iure Divino Regimen Ecclesiasticum distinctum à Politico sit, Politicoque multò sublimius existat, consequenter causæ Ecclesiastice à Politicis Magistratibus judicari non debeant; nulla enim potestas vel Iurisdictio propriâ virtute se extendit ultra genus sui objecti, tanquam ultra proprios limites.

Deinde cum tota authoritas regendi Ecclesiam à CHRISTO commissa sit Apostolis, & maximè Petro, adeò, ut is, quoad Spiritualia, Christianum populum & laicos oves esse voluerit, Apostolos autem pastores, sanè omnino conveniens rectæ rationi ac dignitati illorum erit, ut oves à pastori- bus ordinentur ac judicentur, non oves ordinent ac judicent pastores. plures rationes vide apud Tamburin. Layman. Molin. locis supra allegatis Lefsum de Iust. & Iur. lib. 28. cap. 33. dub. 4. & alios, quæ tamen omnes propè in idem recidunt.

SECUNDO QUOD EA, quæ merè civilia ac temporalia sunt, ut si Ecclesiastice personæ deliquerint in Principem, in Rempublicam, vel ejus membra. v. g. furando, occidendo, rebellando, aut contraxerint, vel aliquid emerint, aut ære alieno constricti sint, sicut etiam si quaestio sit de tributis, censibus, contributionibus, & similibus oneribus, quæ comunitate à Principibus solent Laicis imponi, dico tamen si ex citatis in contrarium Theologis nemo sit, qui non sentiat imunitatem quoad ejusmodi casus concessam solùm Iuris Humanie esse, & non Divini, teneo tamen iudicenter cum ci-  
tato

# privilegium fori.

7

tato pro nostra sententia Azorio, Laymano, Tamburino, Silvestro, Angelo, Armilla, Suaretio, in defensione fidei Catholica lib. 4. cap. 9. Tannero. Valentia locis ab eodem Laymano allegatis, Innocentio, Abate Hostiensi plurimisq; alijs à prefato Diana & Barbosa citatis. ac communiter Canonistis, tam quoad hæc, quam illa immunitatem clericis competentem Iuris Divini esse.

AD QUOD IUS DIVINUM TERTIO reducimus etiam bona Clericorum, præsertim quæ prospectu Ecclesiæ, & ex titulo spirituali acquisita sunt. Et præterquam quod hæc sententia, ut modò diximus, communis Canonistarum sit, à plurimis quoque Theologis docetur, teste Azorio dicto loco. et si aliqui recentiorum indubitanter contrarium doceant, debet tamen, ut idem Doctor assertis verbis asseverat, majoris ponderis & firmamenti esse, quod in Iure Canonico decisum legitur, quam quod in contrarium prædicti recentiores Theologi docuerunt: illorum enim authoritas privata est, & solummodo tantum probant, quantum ratione [nisi Ius resistat] convincunt, Sacrorum autem Canonum authoritas publica est, & authentica, à quo non licet sine piaculo recedere. **TEX-**  
**TUS SANE PRO NOBIS** expressus est in capit. quanquam in o. de Censibus. c. si Imperator. distinct. 96. c. non minus. b. tit. & c. nimis. de Iureiurando. ubi decilum à Summis Pontificibus legitur, Ecclesiasticas personas, etiam quoad ea, quæ secundo & tertio loco attulimus, immunes de Iure Divino esse. Et tametsi aliqui dictorum Theologorum velint in citatis cc. per Ius Divinum, intelligendum esse Ius Canonicum, per Humanum autem, Ius Civile, hoc tamen solummodo est divinare, & contra meritum & naturam vocabulorum, torquere textus sine causa.

Deinde quid dicent. ad text. Cons. Trid. scđ. 25. de refor. e.  
20. ubi quasi ex instituto huic Theologorum effugio viam præcludere Concilium velit, in terminis decidit: prædictam immunitatem DEI ORDINATIONE ET CANONICIS SANCTIONIBUS CONSTITUTAM ESSE. Sed iterum occurrunt quidam, & dicunt,

dicunt, propterea Dei ordinatione hanc immunitatem sanctam dici, quod aliquam cum Iure Divino convenientiam habeat, quatenus scilicet, ut loquitur *Lefsius citatus à Tambur.*  
*ubi supra. num. 7.* Ius Divinum etsi eam non efficiat, dictat tamen à Principibus & Pontifice esse concedendam, ipsaque æquitas naturalis, ut discurrevit *Molin. cit. loco.* ad hoc impellit Principes & Imperatores. Sed quæso an hoc non est nondum in Scirpo querere? fatentur citati in contrarium Theologi, dictamen Iuris Divini, atque naturalis æquitatis impulsum, & tamen Iuris Divini esse mordicus negant, quia de hoc, ut asserunt, in Sacra Scriptura determinationem luculentam non habemus, quasi verò non sufficiat, quod ex testimonij vel exemplis ex Sacra Scriptura de promptis aliquid Iuris Divini esse eruat, accedente præsertim traditione Ecclesiæ, & expressa determinatione ac decisione per Secundum Apostolicam factam, sicut in Capitulis superius allegatis videre est. Nam quid aliud legitur *cit. c. 47. Genesis. Esdra. 1. c. 7. Matth. 17.* & quæ ad illum notat *Hieron. ac Augustin. lib. 1. qq. Evangelic. q. 23.* quam Clericos, eos scilicet, qui in sortem Domini vocati sunt, immunes esse tam quoad suas personas quæ ambo ad illorum bona de Iure Divino?

Et si veteris testamenti Sacerdotes, ubi omnia solum in figura continebant, eratque illorum status ac conditio multò imperfectior, de Iure Divino hac immunitate gaudebant, cur non magis novi testamenti Sacerdotes? & ita argumentatur ipse Summus Pontifex in *c. non minus b. tit. vide plur. 12. & pulcherrimam Rotæ decisionem in Albens. Gabellar. fru-*  
*onerum 28. Ianij 1630. coram R. D. Merlino, quam totam attexit.*  
*idem Tamburinus Tom 3. de Iure Abb. in fine operis. Et est in ordine de-*  
*sistit. 104.* Deinde si vera est doctrina communis inter pp. admittit, *Iur. Civil. tit. 2. lib. 1. §. Ius autem Gentium.* Et ibi in terminis Schmid. n. 2. quod illud Iuris naturalis secundarij sit, quod na-  
turali

ratione introductum est, ex quo Gentes esse ceperunt, & que hoc ius naturale secundarium fundamentaliter nihil aliud, quam notitiae quedam divinitus humanis mentibus insitae, quibus naturalis ratio iudicat, quid deceat, sanè non video, quomodo negare possimus, predictam immunitatem esse Iuris Naturalis secundarij, cum passim apud omnes gentes, & Sacerdotes reperire fuerit, & illorum immunitatem. Sicut etiam attestatur Rota. dicta decisione. & tenet Propositus in c. si Tributum 11. q. 1. & quæ notat Glossa in c. secundum. 23. q. 8. Ioan. Anton. de Nigris in rep. extravag. unica de vit. & honest. Cleric. n. 243.

PROBATUS HÆC SENTENTIA, QNOD SECUNDUM & tertium membrum etiam ratione, & quidem quoad secundum quo ad immunitatem scilicet personalē: quia Clerici sunt Deo consecrati, & Divinis usibus addicti, hinc dicuntur in fortem. Domini missi, ergo eō ipso sunt à Civili Laicorum potestate exempti. per ea quæ notantur in c. semel. de R. I. in 6. c. nulli c. prædia 12. q. 2. c. qua semel. 19. q. 3. c. in legibus. 12. q. 2.

QUOD TERTIUM, scilicet quoad immunitatem bonorum Ecclesiasticorum ratio est, quod Res Deo oblatæ, dicuntur esse bona DEI, ergo Deo tantum & ejus in terris Vicario subjecta intelligentur, non Laicis & secularibus. per ea quæ notat Azor. Tom. 1. lib. 5. c. 12. Tamburin. ubi suprà. n. 14. Antonius de Nigris cit. repetit. & Rota ubi suprà.

Accedit denique, quod si omnis potestas est à Deo, ergo etiam ratio subjiciendi erit à Deo, consequenter sicut Deus in hoc mundo distinxit potestatem in Ecclesiasticam & civilem, etiam rationem subjiciendi distinxisse dicendus erit, adeoque sicut exercitium potestatis civilis est in supposito civili sive Laico, etiam ratio subjiciendi erit in supposito Laico, & sicut exercitium potestatis Ecclesiastica est in supposito Ecclesiastico, profecto etiam ratio subjiciendi erit in supposito Ecclesiastico sive persona Clericali. Hinc cum res & bona adhærent personæ, consequens quoque videtur esse,

ut ad quam potestatem ratio subjiciendi de Jure Divino personam trahit, ad eandem quoque potestatem ac forum bona ac res personæ cohærentia trahat.

ARGUMENTIS IN CONTRARIUM ALLATIS respondendo: quantum ad primum attinet, dicimus, tametsi verum sit, ea quæ in veteri Lege cæremonialia vel judicialia fuerunt, per mortem CHRISTI sublata fuisse, neque amplius sine peccato mortali post Legis Novæ promulgationem ut cæremonialia vel judicialia ex vi Legis veteris servari posse, sicut tenent communiter cum S. Thoma Scholastici, l. 2. q. 104. art. 3. & 2.2. q. 87. art. 1. Suarez. de LL. lib. 9. cap. 14. vera tamen est sententia Suarezij ibidem, & quæ clarius allegat Covaruvias var. resolut. lib. 1. cap. 7. cit. n. 1. Barbosa. ad c. unic. de Purif. post part. judicialia quidem mortua esse, quatenus scilicet per mortem CHRISTI eorum obligatio sublata sit, nullatenus tamen mortifera, quasi opus quoque, quod ante in Lege veteri præcipiebatur, modo (in se etiam) sine morte animæ servari non possit, cæremonialia autem esse tam mortua quam mortifera, non quidem omnia, sicut alias indifferenter & communiter docent Theologi, sed illa tantum, quæ præcipue significant CHRISTI & futuræ Legis Evangelicæ adventum, ut erat imago Agni, Circumcisio & similia. ut adeò quoque quæ cæremonialia sunt, magis tamen pertinent ad devotionem quan- dam ac ritum Sacrificiorum, & eorum ornatum, quam ad futuræ Legis Christique nascituri præfigurationem, etiam post Legis Evangelicæ promulgationem tam publica quam privata observatione, absque interitu animæ servari possint, cujusmodi sunt vestes Sacerdotales, thurificatio, Decimarium & oblationum solutio &c.

Et pro hac doctrina expressus textus est in cap. 1. de consec. dist. 1. c. unic. de purif. post part. Quod si autem illa quæ Lege veteri præcepta fuerant, etiam moralia fuerint, ut sunt ea quæ in Decalogo legimus, dubium non est, etiam hodie & servari

servari posse, & debere, pertinent enim ad Legem naturæ teste Navar. in *Manual. cap. II. n. 2.* Tametsi igitur illa quæ tanquam de Jure Divino obligantia ex Lege veteri cit. *cap. 47. Genes.* alijsque locis allegata sunt, amplius de Jure Divino secundum illam Legem non obligent, ut ex dictis patet, obligant tamen interim de Jure Divino secundum voluntatem ejusdem Legislatoris interpretatam per ejus in terris Vicarium Summum Pontificem. nam quia etiam ex sententia adversariorum, ut audivimus, Juri Divino ac æquitati Naturali maximè convenit Clericos immunes esse, ita Lege veteri constitutum fuisse dicimus, ut hoc præceptum de immunitate Ecclesiasticis personis servâdâ inter præcepta quoque moralia computemus, consequenter sicut illa tam ante quam post CHRISTI mortem servari debent, etiam hæc immunitas hodieque quoad Clericos locum obtineat. Deinde si Levitis qui erant multò imperfectioris ordinis, hanc Deus immunitatem constituit, tametsi illa quoad has personas Iuris Divini per mortem CHRISTI esse desiverit, nullatenus tamen dicendum videtur, desisse quoad illos, qui in locum generis Levitici perfectiori modo & ordine subrogati sunt, cum major ratio concedendæ hujus immunitatis militet quoad nostros Clericos & Sacerdotes, quam quoad Veteris testamenti Levitas, neque aliter quæ de Iure veteris testamenti per Legem Divinam sancta sunt, evacuata per mortem CHRISTI videntur, quam quatenus in figura contingebant; pugnaretque alias illorum observatio Legi Evangelij, cum cætroquin etiam Iuris liquidi sit, quod subrogatum sapiat natum ejus, in cuius locum subrogatur, consequenter iisdem etiam privilegijs immunitatis gaudere debebunt Clerici Novi Testamenti, quibus Levitæ in Veteri fruebantur.

Quæ ex Lege Novi Testamenti *Matth. 17.* allegata Bellarminus interpretatur de solo CHRISTO, patim nos movent, nam opponimus Bellarmino duorum Sanctorum Patrum & Ecclæsiæ

clesiae Doctorum Hieronymi ad idem Math. c. 17. & Augustini lib. t. q. Evangelic. q. 23. autoritatem, quorum uterque docet: CHRISTUM ibi de Clericis quoque, ijs scilicet, qui in sortem Domini vocati sunt, locutum esse, & confutatur Bellarmini sententia ex ipsis CHRISTI verbis, ubi non solùm de sua, sed etiam Petri persona locutus est, ait enim: ut non scandalizemus eos da eis PROME ET TE.

QUANTUM AD TEXTUS SECUNDO loco ex novo testamento allatos attinet, respondeo, ex ijs ad summum evinci, Ecclesiam eo tempore non habuisse plenum & liberum usum ac exercitium suæ potestatis, grassante adhuc paganismo, atque Ethnicis Imperatoribus, & ideo mirum non est, si Paulus Actorum 25. ad Cæsarem provocavit. Sic dixit ad Romanos 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non quod Iure Divino Laicis Principibus Clericos Paulus subjiceret, sed quod interim, dum Christiani erant in paganorum potestate, eorum Principibus parere deberent, ne detrimentum fides & Religio pateretur. Ad illud CHRISTI Domini dictum ad Pilatum Ioannis 19. non haberes potestatem in me &c. Respondeo locutum esse Dominum de potestate facti non Iuris, nam potestas facti convenit etiam Tyrannis, & est viciosa. hujusmodi potestatis exemplum est apud Lucam cap. 22. ibi: hac est hora vestra & potestas tenebrarum. ut adeò sensus verborum CHRISTI sit: nisi tibi O Pilate esset coelitus permisum etiam facto ipso & opere meam causam non cognosceres.

AD TERTIUM ARGUMENTUM respondeo: transeat antecedens, quod Christiana Religio non eò ipso, quia aliquis Christianus est, liberet ab omni civili vinculo, negamus tamen consequentiam, quod Clericatus non liberet à subjectione Laicali, quia ut audivimus, Clerici eo ipso, quod DEO consecrati ac Divinis usibus ac ministerijs addicti sunt, Ecclesiastica Iurisdictione Iure Divino subiciuntur, ut pro-

# privilegium fori.

13

probavimus, ergò Laicis Principibus parere amplius necesse non habent, cum & Laici non aliter parere obligentur Principibus sacerdotalibus, quām suppositā qualitate Laicali, & territoriali subjectione, ut per se constat.

AD QUARTUM RESPONDEMUS: negando Clericos priē & verè cives esse Reipublicæ, ac tametsi in territorio Laicorum vivant, non tamen sunt de territorio. Deinde licet etjam teneant Canonistæ & Theologi, Clericos non esse exemptos ab obligatione directivâ Legum Civilium, quæ Canonicis Constitutionibus, vel Clericali officio non repugnant teste Tamburino. loco citato. n. 9. & plurimi quos allegat Layman lib. 1. tract. 4. cap. 13. ex illa tamen obligatione non infertur, Clericum aliquem propriè civem esse, cum dicta obligatio ex Legibus civilibus resultans Clericos solum indirecè stringat, non proximè, ex vi ipsius Legislativæ potestatis, sed quatenus id naturalis æquitas postulare videtur, cum alias communis pax inter cives difficulter servari posset. vide plurimos citatos ab eodem Laymano ibidem n. 9. & satis allegato axiomati consulitur, si saltē vi directivâ illis Legibus Clericos obligari concedamus.

QUOD QUINTUM RESPONDEO: absurdum non esse, in certo aliquo casu particulari ad mutationem circumstantiæ & materiæ, etjam Ius naturale vel Divinum esse mutabile, eatenus enim & quidem intrinsecè Ius naturale vel Divinum dicitur immutabile, quatenus in particulari aliquo casu, sive in individuo positis his vel his circumstantijs hanc vel hanc materiæ aliquid naturalis ratio dictat vel faciendum vel fugiendum, non quatenus in genere vel secundūm positionem aut thesin quandam Universalem aliquid præcipit, vel prohibet, tunc enim dubium non est, pro diversitate circumstantiarum ac materiæ Ius naturale vel Divinum in particula- ri mutabile esse, ac modo obligare, modò non obligare, quammutabilitatem Iuris naturalis vel Divini rectè extrinse-

C 3

cam

eam Theologi vocant, sicut videre est apud Suarez de Legibus lib. 2. cap. 14. Bonacina eodem tract. q. 5. diffut. 1. punc. 2. Hoc negare non possumus, quod, sicut jus naturale vel Divinum aliquid in genere præcipit vel prohibet, ita etiam in genere secundum illam scilicet positionem, dictamen, & veritatem genericam mutari non possit, et si in particulari aliquo casu, ut diximus ad mutationem circumstantiæ ac materiae, nihilo minus mutabile permaneat. v. g. non occidere, & juris naturalis & Divini est, atque secundum hanc veritatem ac positionem genericam Ius naturale & Divinum est immutabile, neque unquam in genere contrarium dicabit, scilicet esse occidendum, interim tamen, sicut in particulari casu ab extrinseco mutantur circumstantiæ, ita etiam jus naturale & Divinum extrinsecè mutari necessum erit; hinc non obstante Iure naturali & Divino de non occidendo, licet cum moderamine inculpatæ tutelæ invadentem te, si aliter defendi nequeas, impunè occidere, in extrema necessitate aliena rapere. & similia. Et tunc maximè summi Pontificis tanquam in terris DEI Vicarij erit authoritativer declarare, quando hic & nunc ad mutationem circumstantiæ ac materiae Ius Naturale vel Divinum obliget, aut non.

Ut adeò nihil contra nos faciat objectio taliter superius proposita: in certo casu Clerici possunt coram Laicâ persona conveniri, ergo immunitas Clericorum non est Iuris Divini, præsertim si hoc ex determinatione vel delegatione Summi Pontificis CHRISTI in terris Vicarij fiat, ut exemplum habemus in casu Feudi ad Ecclesiam vel personam Ecclesiasticam pertinentis, tunc enim tam in realibus quam personalibus actionibus coram Domino Feudi, tametsi Laicus sit, vel Paris curiae, Ecclesia & Ecclesiastica persona convenietur. ex. ria. toto tit. de Feudis. & quæ notantur in c. caterum. de iudicij. & ex transmissa de foro competenti. sane Cenedo in suis Collectan. ad Ius Canonicum. Collectan. 37. ad decretum. teste Cavallos communium con-

er a communes q. 550. viginti casus refert, in quibus Clericus et jam in sacris constitutus aliquando civiliter aliquando criminaliter coram Iudice Laico convenitur. vide eundem *Caval. los* q. 899. & n. 593. ad propositam materiam aliquos casus alle- gantem. Ex eo autem quod causæ Ecclesiasticae deman- dati Laicis à Pontifice possint, nihil ex proposito argumento quinto ab *Adversarijs* contra nos infertur, eatus enim Iuri Divini hanc exemptionem esse dicimus, quatenus Cleri- corum causas Laici, etjam Imperatores, propriâ authorita- te expedire nequeant, non quatenus non possint jussu, man- dato, vel authoritate, & ut instrumenta ac ministri Summi Pontificis exequi. vide quæ notantur in *c. cum devotissimam. t2. q. 2. glossa in c. prater. 32. c. bene quidem. verbo. Laico. distinc. 96.* vide etjam quæ notat fuse *Decianus in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. à n. 66. & Canonista communiter in c. decernimus de iudicijs.*

QUANTUM AD ULTIMUM argumentum attinet, re- spondeo, illam concessionem immunitatis ab Imperatoribus, alijsque Principibus Laicis factam Ecclesiis & Ecclesiasticis personis solum esse de facto, non de Iure, quasi hæc conces- sio ab illorum facultate in produci ac conservari dependeret, dicimusque per illam detectum esse potius, quod jam pridem Clericis de Iure Divino competebat, quām aliquid de novo indultum, tametsi defacto per tyrannidem & pravam consue- tudinem hucusque quasi consepulta ac obruta jaceret immu- nitas; non minus tamen verum erat, eam jam tunc Iuris Divini esse, cum nullum hominis factum prævalere Iuri Divi- no, utpotè Superiori possit, ut adeò solùm consensisse in id Principes per ejusmodi concessiones dicendi sint, atque illius exemptionis exercitium suo etjam Iure imperasse, quod jam pridem ante à Deo concessum ac constitutum erat. Sicut in simili Pontifex approbat decimas, quas à se prius injustè pos- sessas Laici Ecclesiis & Ecclesiasticis donaverunt, licet de Iure potestatem donandi non haberent, cum à Laicis Decimæ possideri

possideri non possint. per ea quæ notantur in c. prohibemus. &c.  
dudum. tit. de Decimis. Vide ad hanc nostram responsio-  
nem Tamburinum. cit. Tom. 1. de Iure Abbat. disp. 15. q. 19. n. 16. Ro-  
ta. cit. decif. & loco. Suarez ad Regem Angliae. lib. 4. de immun. Eccl.  
c. 6. n. 4. & c. 21. n. 3. & 8. Addo Auctarij loco ad hanc difficul-  
tatem, num scilicet hæc exemptio Iuris Divini sit, ea quæ  
notat Cardinalis Tusclus in suis conclusionibus practicis. litt. I. conclus.  
39. n. 2. Practicam Papiensem, cuius auctor de hæc immunita-  
te male in contrarium sentiebat, fuisse inter libros de fide su-  
spectos declaratam à Romana Ecclesia, contra quem, & Iu-  
dices seculares Franciæ, illam infringere conantes invehitur  
*Rebuffus ad Constitutiones Regias. tit. de immunitate Ecclesiæ. num. 33.*

[C] IURIS HUMANI ESSE HOC FORI PRIVILEGIUM  
nemo dissentit, cum textus tam de Iure Civili quam canonico  
eo passim allegare sit, quibus hæc immunitas personis Ecclesia-  
sticis indulta legitur. *toto tit. extra de immunit.* Eccles. idem  
deciditur in Clementinis & extravagantibus. eod. tit. & que le-  
guntur in c. quanquam. de Censibus in 6. c. Sylvester 11. q. 1. c. si Impe-  
rator. distinc. 96. c. continua. 11. q. 1. c. futuram. 12. q. 1. quibus lo-  
cis videtur etiam probari, quod supra fusè stabilivimus, im-  
munitatem nostram Iuris quoque Divini esse. Et de Iure no-  
vissimo textus est in Consilio Tridentino. ses. 25. de reform. c. 20. quæ  
que ibi allegat Barbosa. De jure civili idem statutum legimus  
in Novell. ut Clerici apud proprios Episcopos &c collat. 6. in princ. Au-  
thent. Clericus quoq. Auth. statuimus. C. de Epis. & Cleri. Authen-  
tia. C. de SS. Eccles. & tenent omnes quos paulo ante pro con-  
traria opinione DD. adduximus. quos sequuntur Covar. pract.  
qq. c. 31. Vasq. Illust. c. 22. n. 8. Farinac. in prax. crim. p. 1. q. 8. Caval.  
comm. contra commu. q. 550. & de cognit. per viam viol. pasim. Sal-  
gado. de protec. Reg. p. 1. c. 1. pralud. 1. Molin. de Iur. & Inst. tract. 2.  
disp. 31. conclus. 1. & 3.

[D] DIXIMUS ORDINI ECCLESIASTICO CONCESSA. &  
hinc ratio est, quod neque juramento eidem renunciare cleri-  
ci possint. per expressum textum in c. si diligenti. de for. compet. Gloss.  
ibidem. n.

*Ibi verbo Clericalis. & ita tenet etiā Caietanus. in summa. verbo. immunitas. & quæ notat Abbas & Innocentius in c. noverit. de sent. ex-  
com. non enim in particularem aliquorum gratiam, sed propter  
communem Ecclesiasticæ Hirarchiæ favorem hæc immunitas  
concessa est.*

**QUINAM AUTEM VEL AN SOLI CLERICI ORDINI EC-  
CELESTICO ACCENSENDI VENIANT, AD HOC, UT FORI  
PRIVILEGIO POTIANTUR, DUBITARI SOLET.** Dico quan-  
tum ad personas Clericorum attinet, et si olim promiscue,  
quotquot numero eorundem includerentur, hæc immuni-  
tate frui potuerint, hodie tamen admodum restrictus hic fa-  
vor Clericorum simplicium, sive in nullo ordine sacro con-  
stitutorum est, per expressam decisionem Conc. Trid. c. 6. sess.  
23. de reform. ubi ita sanctum legitur, *ut nullus primâ tonsurâ ini-  
tiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutas [quod olim secus  
fuit] fori privilegio gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat,*  
*aut Clericalem habitum deferens alicui Ecclesia ex mandato Episcopi  
in serviat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola vel Uni-  
versitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines suscipien-  
dos versetur. ut adeò ex hac decisione consecutaneum sit, quate-  
nus vel beneficium Ecclesiasticum ejusmodi clerici obtineant,*  
*etsi de facto habitum Clericalem & tonsuram non deferant,*  
*aut ut tonsurâ & habitu insigniti alicui Ecclesia ex mandato*  
*Episcopi deserviant, vel in seminarium Clericorum, aut scho-  
lam aliquam vel Universitatem de licentia Episcopi [saltem]*  
*interpretativâ ut decisum asserit cum barbos. d. c. 39. §. 2. n. 39.*  
*Dian. p. 4. træt. 1. resol. 2.] recipiantur. per ea, quæ notat idem*  
*Barbos a cit. Træt. Iur. Eccles. Uni. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 13. Clarus §.*  
*fin. q. 30. n. 16. & 19. Conzal. ad Reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 5. n. 6. Gar-  
fas. de benef. p. 2. c. 2. n. 4. stante etiā constitutione Sixti Quinti*  
*de habitu & tonsura. teste eodem Garfas. ibidem n. 3. Layman. lib.*  
*4. træt. 9. c. 6. Diana resol. moral. p. 1. træt. 2. resol. 28. & p. 4. træt.*  
*1. resol. 89.*

Cæterum quia Clericatus est facti (est enim qualitas quæ de contingentib; & de facto adesse personæ solet, & ab illa abesse potest, cum ut loquitur *Baldus citatus à MASCARDO concl. 302. n. 13.* Clericum esse non sit à natura, sicut nec exercitum, vel in scientijs versatum esse, natura enim non creat artem, sed disponit ad artem) profectò necessum erit, ut Clericum se esse cum cæteris secundum concilium Tridentinum requisitis quis probet, qui hâc personali immunitate gaudere desiderat, cum super hac qualitate Clericatus intentionem suam fundet. Quod si tamen clericaliter vestitus, et si ante nunquam sic ineedere visus sit, cum tonsura & habitu deprehendatur, in dubio Clericus esse præsumetur, nisi forte quis taliter in habitu Clericali deprehensus litterarum penitus esset expers, quia cum talis non possit ordinari per textum c. ult. de temp. ordin. in 6. hæc præsumptio tanquam vehementior tolleret illam, quæ insurget ex portatione habitus. vide quæ notantur in c. si Index Laicus. & c. in præsentia. de sent. excom. in 6. ibi *Barbosa* cum multis citatis. & *Ioan. And.* quæque notantur in c. qualis 27. dist. & c. nec quisquam. 24. q. 2. Quod si de eo, qui hac immunitate gaudere ex capite beneficij contendit, loquamur, sentio cum *Flam. Paris.* de resig. benef. lib. 7. q. 1. n. 47. *Aloys. Ric.* in decis. *Curi. Archiep.* decis. 188. p. 2. & p. 4 decis. 128. *Gars. dict.* cap. 2. n. 14. *Diana. dicta.* p. 1. tract. 3. resol. 29. *Barb. cit.* c. 39. §. 2. n. 14. sufficere, ut quis obtineat collationem i beneficij, adeoque hoc privilegio gaudere possit etiam ante adeptam ejus possessionem. Scias autem hic loci nomine beneficij, quodcunq; modicum etiam venire. test. eod. *Gars. dict.* p. 2. c. 2. n. 3. & p. 1. c. 6. n. 3. *Diana. dict.* resol. 29. ut ut enim modicum sit beneficium, attamen substantialiter beneficium est. Hinc quoque Capellaniam, si in perpetuum titulum conferri solita sit, hac conclusione comprehendi volunt. est enim beneficium tunc Ecclesiasticum, teste *Barb. de off.* & potest, *Epis. p. 2. alleg.* 12. n. 10.

Quan.

Quantum ad delationem habitus & tonsuræ attinet, ad hoc, ut aliquis isto privilegio fori gaudeat, cum simul vel in aliquo seminario de licentia Episcopi degit, vel in aliqua scho-  
la, aut Universitate de ejusdem Episcopi licentia commoratur,  
aut alicui Ecclesiae ex ejusdem mandato inseruit, sciendum  
est, utrumque, tam habitus quam tonsuræ delationem in Cle-  
rico minorum ordinum requiri, ut adeò non sufficiat vel ha-  
bitus solus, vel coronæ gestatio, secundum eundem Barbo-  
sam dicit. alleg. 12. n. 19. & cit. c. 39. n. 23. cum utrumque copu-  
lativè. cit. seß. 23. c. 6. & c. unico. de Cler. coniug. in 6. requiratur  
neque necesse erit, ut, sive utrumq; sive alterutrum dimiserit,  
prius ab Episcopo admoneatur ad hoc, ut privilegium fori pe-  
nitus amittat, modo illa habitus & tonsuræ depositio ad bre-  
ve tempus facta non sit, aut ex rationabili causa, ut est ti-  
mor inimicorum, paupertas, aut infirmitas. per ea quæ no-  
tat idem Barbosa cit. c. 39. n. 25. Hoc valde notabile est in  
proposito quoad dictum fori privilegium, quod etiam in du-  
bio, num aliquis sit Clericus, Iudicis Ecclesiastici sit cogni-  
tio, & ita tenet Decianus ubi supra. n. 26. Diana, mor. resol. 5. Steph.  
Gratian. discep. forens. c. 190. n. 13. Barbosa dic. p. 2. alleg. 12. n. 16.  
& satis eruitur ex c. si iudex. de sent. excom. in 6. quomodo autem  
in dubio probandus sit Clericatus, tractat Mascardi concil. 303. &  
305. ubi ex communi docet, probari litteris commendatitij, propriej Episcopi, vel formatis, ut vocant, item famâ, alijs  
que indicij, sicut etiam confessione partis, aliquando uno,  
aliquando duobus vel pluribus testibus necessariò concur-  
rentibus, ut adeò cum eodem Mascardo ibidem sentiam,  
quod si lis sit in iudicio super aliquo beneficio, Clericatus  
duobus ad minimum testibus probandus sit, agitur enim de  
præjudicio gravi, alterius scilicet collitigantis, & tenet et-  
jam Rebuff. in tract. de nominat. q. 14. n. 32. text. est in c. 2. & 3.  
de Clericis peregrinis. Barbosa ibidem. plures citans. maximè Nicol.  
Gars. p. 7. de benef. c. 1. n. 14. Alex. Tom. 7. consil. 107. n. 7. Camil.

Borel. in sum. decis. tit. 7. n. 22. Quod aliqui tenent, citati ab eod.  
 Barbosa. alleg. c. 3. Index. & Mascardo. ubi supra: sufficere unum  
 testem, credimus procedere, si probatio extrajudicialis institu-  
 enda est, & interesse alterius per se non controvertatur, quod  
 autem ex diurna & quieta possessione Clericatus aliquem in ea  
 manutenerendū esse licet in præjudicium alterius vergat, idē tenet  
 Mascardus ibidem concl. 304. non solum procedere dicimus, quoad  
 possessoriū, sed ad hoc etiam, ut adjudicetur eidem titulus be-  
 neficij, cum valde probabile sit, quod Azor. Tom. 2. lib. 7. c. 34.  
 Ioan. Cockier ad Reg. Canc. 33. docent quod is, qui per triennium  
 continuum Ecclesiasticum possedit beneficium quietè & pa-  
 cificè, defendendus etiam in petitorio sit contra quemcun-  
 que, tametsi de Institutione Canonica non doceat, modo  
 per simoniam ingressus non sit, vel si fuerit unum de bene-  
 ficijs Sedi Apostolicae reservatis reservatione generali, & in  
 Corpore Iuris clausa, se non intruserit, & alias sit persona  
 capax beneficij, collatioque vel institutio facta ab eo, qui  
 de jure non prohibetur. Et hæc secundum citati Azorij sen-  
 tentiā probabiliter etiam in foro conscientiæ procedunt, mo-  
 do bonâ fide & inchoarit & finierit hanc triennalem posses-  
 sionem. Idem tenet etiam *Rebuffus de pacif. possessoribus.* n. 206.  
 admitteretur tamen probabiliter etiam post triennium ali-  
 quis, si probare vellet possessorem triennalem non esse  
 Clericum, retrò enim ostenderet ejusmodi personam inca-  
 pacem fuisse possessionis beneficij.

POST CLERICOS IN CENSUM PERSONARUM ECCL-  
 ESIASTICARUM RELATOS, AD ID UT FORI PRIVILEGIO GAU-  
 DEANT, REFERIMUS ETIAM RELIGIOSOS APPROBATAM  
 A SEDE APOSTOLICA RELIGIONEM PROFESSOS, EORUM  
 CONVERSOS ET NOVITIOS, SICUT ET CUM MONIALIBUS EA-  
 RUNDEM CONVERSAS, AC NOVITIAS. per ea quæ fusè tra-  
 stat Barbos. de off. & potest. Epis. p. 2. alleg. 2. n. 37. & 38. Tambur.  
 de Iur. Abb. Tom. 3. disp. 6. q. 28. Diana. p. 3. mact. 4. resol. 34.

textus est. in c. indemnitatis. §. supradicta. de Elec. in s. dixi approbatam Religionem Professos, neque enim putamus Eremitas, vel devotarias, ut vocant, mulieres scilicet, quæ devotionis causâ se in domibus privatis recludunt, quo liberius Deo & orationibus vacent, aliasque similes personas fori privilegio gaudere, cum quotquot reperiire textus est, qui de ejusmodi religiosis personis loquuntur, semper in specie Monachorum vel Monialium aut Conversorum mentionem faciant, qui, ut noti juris est, verè professi sunt. p. c. non datum. c. ex tenore. c. de Monialibus ext. de sent. excom. si qui alij. non Religiosi, hoc privilegio gaudere dignoscuntur, sicut. tenet de Tertiariis Layman. lib. i. trac. s. p. 2. c. s. n. 4. Barbosa sepe dict. c. 39. §. 2. n. 41. illud speciali privilegio super indulto adscribendum erit, sicut de hujusmodi constitutione à Leone Decimo in favorem Tertiiorum evulgata testatur Quaranta in sum. Bullar. verb. privileg. Regul. & quæ notat Novar. in Lucer. Regul. verb. Tertiarij. Tambur. de Iur. Abbatis. disp. 7. q. 3. & disp. 17. q. ult. Fr. Eman. quest. Reg. Tom. 2. q. 65. art. 4. plures citati à sepe nominato Barbosa. de off. & pot. Epis. p. 2. alleg. 12. n. 41. & c. 39. §. 2. lib. i. in suo tract. Iuris Univer. Eccl. n. 41.

Circa oblatos, quorum quatuor species allegat Barbosa sittato modo cap. 39. §. 2. n. 44. & quæ de ijsdem notat. Abbas. p. 2. cons. 102. Boerius. decis. 20. Novar. in Lucer. Regul. verb. oblati. Etiam multum altercentur DD. breviter nos expedimus, secuti decisionem Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, qui volunt, ut eam decisionem allegat Barbosa. sepe dict. c. 39. §. 2. n. 44. tunc demum in numerum Ecclesiasticarum personarum, ad hoc ut privilegio fori gaudeant, venturos, si perpetuo & irrevocabiliter, plenè & cum effectu se ipsos & sua omnia præsentia & futura, nullo sibi neque in Usumfructum, neque in proprietatem reservato, Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutarint. Hac sententiâ & decisione Cardinalium [quâ & standum est] servatâ haud difficile est ad textus in contrarium allegari solitos respondere, & quan-

rum ad primum ex c. ut privilegia. vers. suos de privil. dicimus ex eo solùm evinci, quod semiplenè tantum oblati, de quibus ibi fit mentio, admittantur quidem ad communicandum in privilegio Ecclesiastice sepulturæ tempore interdicti, nullatenus tamen, ut plenè cum Professis, quorum monasterijs offeruntur, fori privilegio potiantur.

Sicut nec alter textus in c. per exemptionem de privil. in 6. & Clement. i. de Decimis. in fin. ubi conversi & oblati æquipantur, adversum nos militat, exaudimus enim illam textus comparationem procedere inter Conversos & oblatos plenè, qui se scilicet & omnia sua monasterio in perpetuum tradiderunt, ad illud totaliter se transferentes. sicut ex eod. c. per exemptionem. & cit. Clement. eruitur, notaturque in c. cum & plantare, §. de confrat. tit. de privil. vide plures allegatos apud Barbos. dic. c. 39. §. 2. n. 44. & quæ notat Capell. Tholos. decis. 8. Milites Professos, & probabiliter etiam eorum Novitios v. g. S. Iacobi Alcantaræ, Calatravæ, S. Stephani & similes stante præfertim constitutione, Alexand. 3. cuius mentionem facit dic. loc. Barbos. n. 46. cum sint suo modo Religiosi, approbatam Religionem profitentes, ab hoc fori privilegio, maximè si regulatiter vivant, non excludimus, & ita tenet etiam Caval. de cogni. per viam viol. p. 2. q. 149. Dian. p. 3. tract. 1. resol. 61. & p. 4. tract. 1. resol. 36. & 86. decisionem ad hanc nostram sententiam confirmandam allegat Barbos. dic. c. 39. §. 2. n. 47. S. congregationis, immunit. Ecclesiast. Et quæ not. Navar. consil. n. de regul. edit. 2. Azor. Tom. 1. lib. 3. c. 3. q. 3.

CÆTERUM DUBITARI SOLET, an, sicut de Iure extra controversiam est, Episcopos, illorum Vicarios generales, ac Clericos immunes esse à Iurisdictione Laicorum, eadem quoque immunitate quoad forum gaudeant eorum Notarij, famuli, & Servitores utriusque sexus, sicut in utramque partem satis fuse disputat sàpè cit. Barbos. dict. c. 39. §. 2. a n. 45. n. 5 ad num. 67. & tota. §. 4. eodem. c. 39. Et certum videtur esse pri-  
mo per

mo per ea, quæ notat Anton. de Nigris. in repet. c. Unici. extra  
vag. com. tit. de vit. & honest. Cler. Felin. & Abb. in c. 2. de For. com-  
pet. Marian. Socinus. ibid. Dian. resol. moral. p. 3. tract. 1. b. 1. re-  
sol. 47. & p. 4. tract. 1. b. 1. resol. 30. famulos perpetuos sive man-  
cipia Clericorum eadem quam Clerici immunitate quoad forum  
gaudere, sunt enim pars patrimonij Clericorum. ita Carol. de  
Graffis. de effect. Cleric. effect. 1. n. 149. Menoch. de arbit. cent. ultim.  
casu 562. Clarus. in sua practica crim. §. fin. c. 35. Covar. pract. q. q. 35.  
n. 2. Borellus in summa decis. tit. 4; n. 143. Stephan. Gratian. discep-  
forens. Tom. 2. c. 340.

Secundò minus etiam dubium est, Episcoporum fami-  
liares, maximè Notarios, immunitate quoque Ecclesiastica  
gaudere, atque hoc tam in civilibus quam in criminalibus per  
ea quæ allegat cit. Steph. Grat. dict. c. 340. & 341. ubi in hanc  
sententiam citat etiam Socinum dict. c. 2. & 1. de for. compet. & per  
ea quæ notat Abb. ext. c. fin. de off. archid. & in c. cum non ab homi-  
ne. ibidem Ioan. And. & Hostien. de Iudicij. Anton. de Nigr. dic. loc.  
n. 88. Capycins. decis. 12. præsertim cum hoc asserat Diana etiam  
de familiaribus Vicarij Episcopi dict. loc. resol. 46. Anton. de Nigr.  
ubi sup. n. 90. habet enim Episcopus multa specialia quæ non  
conceduntur alijs. sicut idem Anton. ibidem notat. per c. fin. de  
re Iudic. in 6. & c. quia periculosem. defens. excom. eccl. lib. 6. Felin.  
ubi sup. c. 2. de for. compet. Hinc vult etiam Baldus. in l. nam sa-  
lutem. §. fin. ff. de off. Praefect. Vig. pro executione Iustitiae Epi-  
scopum & ejus Vicarium habere posse familiam armatam. Ter-  
tiò satis communiter quoque receptum est per alleg. Steph.  
Grat. dict. loc. n. 3. Felin. cit. c. 2. n. 2. ubi plures allegat Oldrad.  
consil. ii. Anton. de Nigr. ubi sup. n. 95. quod, quoties non possent  
Clerici commode uti suo fori privilegio, nisi etiam quoad hoc  
includatur familia, vel impedirentur alias ab illorum servitij  
usu, præsertim si cum magno Clericorum incommodo ex-  
tra forum ipsorum traherentur, tunc quoque familia Clerici  
ac illius servitores eadem immunitate gaudeant, maximè cum  
non paucorum sit sententia, ut videre est post Barbosam superius  
cit. n.

cit. n. 55. & 56. allegatum, per Marant. in suo speculo p. 4. dist. 11.  
 ubi num. 4. certum esse ait quod famuli & servientes Clerico-  
 rum gaudeant privilegio fori, sicut ipsi Clerici, conveniuntur  
 enim coram Iudice Ecclesiastico ut idem D. vult. etiamsi sint  
 Laici. Bald. l. 1. & 2. C. de Epis. & Cler. Alberic. & Castrens. ibid.  
 Capyc. dict. decis. 12. n. 3. Anton. de Nigr. plures allegans cit. loc.  
 a. n. 81. Felin. ubi supra. n. 1. Dian. cum ciratis dict. resol. 47. gloss.  
 e. eos. 32. distinc. c. iudicatum. 89. distinc. c. Clericorum. il. 1. causa  
 n. q. 1. & c. Ecclesiarum servos. 12. q. 2. præsertim cum teneat  
 idem Anton. de Nigr. n. 94. cum pluribus allegatis à se, Felin.  
 ubi supra. Oldrad. dict. consil. Steph. Grat. cit. c. 340. n. 3. quod  
 quicunque familiares, quorumcunque Dominorum, eorum  
 gaudeant privilegio, quando privilegiatus commode non  
 posset uti privilegio, nisi includatur sua etiam familia. Quar-  
 tò verior & in praxi receptione est sententia extra hos casus fami-  
 liam ac Servitores Clericorum Laicos eorum privilegio non  
 frui, & ita tenet cum Panorm. Felin. cit. c. 2. de for. compes. plu-  
 res allegati apud Anton. de Nigr. n. 87. & 91. argumento. c. penult.  
 de privil. in o. ubi privilegium datum cōventui non prodest il-  
 lius familiaribus. & c. per exempt. eod. tit. & lib. ubi oblati, nisi  
 sint perpetui eodem quoque privilegio non gaudent. Quo-  
 tuplex autem sit familiaritas, & quid nomine familiæ veniat  
 vide apud. Bald. cit. l. 1 C. de Epis. & Cleric. Anton. de Nigr. dict.  
 loc. n. 95. & quæ annotantur ad Abb. dict. c. fin. de off. Archid.

Illud per quod aliqui apud Felin. sapienter cit. c. 2. de foro compes.  
 exemptionem familiæ Clericorum evincere contendunt, cđ  
 quod etiam concubinae Clericorum idem cum ijsdem forū for-  
 tiantur. per gloss. in c. eos. distinc. 32. parùm ad rem facit, non  
 enim ratio est, et si eam assignet ibidem glossa, quod concu-  
 bina sit de familia Clerici, sed ut ex communi cum Menoch.  
 de arbit. Iudic. casu. 312. Covar. pract. qq. c. 34. n. 1. per l. nulli. C.  
 de Iudicijs. Layman de Immun. Eccles. c. 4. tenet, ex eo motivo,  
 quia generalis Regula est, si plures simul idem [maxime in-  
 dividuum]

dividuum] delictum, committant omnes ab eodem Iudice puniendi sunt, & cum dignior ad se trahat minus dignum, ad Ecclesiasticum pertinebit utrumque, Clericum & ejus concubinam judicare ac punire. vide etjam *Felin. in c. cum sit generale de for. compet. Diana. p. 4. tratt. i. resol. 7.* plures allegati à Barbos. sèpè nominato. c. 39. §. 2. n. 94. & 95. Et hæc sententia quidem certa est de jure, aliud tamen in praxi, etsi male, observatur, ut monet etjam *cit. loc. Menoch.* & constat quotidiana experientiâ in nostris partibus, Clericorum concubinas per Judicem sacerdotalem judicari ac puniri. Male autem contraria sent. practicari constat ex eo, quia fieri non potest, ut hæc occasione Clerici & ordo Clericalis in sacerdotali foro non infamentur, quando ex hac detectione criminum à personis Ecclesiasticis commissorum in mentibus fidelium grave scandalum generari necesse est, neque enim possunt concubinæ judicari, quin Clericorum nomina tanquam complicum deferantur, ut optimè notat cum pluribus citatis Barbos. sèpè dict. c. 39. §. 2. n. 65.

Quod aliqui Judicum vel apparitorum nonnunquam nimis audacter præsumunt, dum in ipsas etjam domos Parochiales irruunt, coquas vel alias suspectas mulieres extracturi (quod licitum non est) illud directò pugnat contra immunitatem Ecclesiasticam, suntque ejusmodi invasores ipso facto excommunicati reservata Summo Pontifici ob incursum excommunicationem absolutione. ut communiter notant *Theolog. maxime Sayrus lib. 3. in excomm. Bull. can. Domini.* præsertim cum teneat *Diana p. 3. tratt. i. resol. 71.* Domos Parochorum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum existentes intratriginta Passus ad Ecclesiam, etjam à Laicis habitatas, immunitate Ecclesiastica gaudere, quod idem tenet *Decian. in suo tratt. crim. lib. 6. c. 25. n. 16. Ambrosin. de immun. Eccl. c. 10. n. 8.*

[E] DIXIMUS, NEQUE VOLENTES, NEQUE INVITI &c. Est enim hoc fori privilegium in publicum totius ordinis Clericalis fa-

lis favorem introductum, ut adeo recte consequatur, Clericos nec invitos, nec volentes eidem renunciare posse, sibiique Iudicem Laicum constituere, ut expressè probatur, per text. superius allegatum litt. D. in c. si diligenti. de for. compet. Diana. p. i. tract. 2. resol. 3. plurimi citati à Barbos. dic. c. 39. §. 2. n. 8.

[F] DIXIMUS AD FORUM SÆCULARE TRAHÌ NON POSSÈ  
per eundem modò textum allegatum in c. si diligenti. gloss. in c. Clerici. lib. 6. de Cleric. coniugat. l. si quis in conscribendo C. de pactis. Abb. in c. contingit. n. 4. de sent. excom. & c. dilecti. n. 4. de for. compet. Menoch. de arbit. casu. 430. Zerola in praxi p. 1. ver. Clericus. §. 12. Axor. instit. Moral. p. 1. lib. 5. c. 22. q. 10.

[G] DIXIMUS SIVE JAM ACTIONE CIVILI &c. Clericos enim in causis quoque civilibus à sacerdotali potestate exemptos, & coram Ecclesiastico tantum Iudice conveniendos esse, utroque jure notissimum est, præter ea, quæ supra quoad hanc in causis civilibus exemptionem de Iure quoque Divino competentem fusè comprobavimus. textus est in c. nullius Clericus. c. nullus Episcopus. c. placuit. ii. q. 1. c. 2. c. et si Clerici. de Iudicij. c. si diligenti. de for. compet. c. sacerdtales. eod. in 6. dicta authenticâ statuimus. & hæc sententia est communis DD. ut testatur Abb. in c. qualiter n. 8. de Iudicij. Mynsing. cent. 1. obser. 22. n. 2. Marta. de Iurisdict. casu 125.

[H] DIXIMUS SIVE CRIMINALI AGATUR. Clericos enim, aliasque personas Ecclesiasticas in omnibus causis criminalibus plenissimum fori privilegium obtainere, quatenus coram Iudice Laico conveniri, aut multari nullatenus possint, passim Decreta Conciliorum & Summorum Pontificum extant, quæ congregata vide apud Grat. causa. ii. q. 1. & lib. 2. Decret. tie. de Iudicij. c. & si Clerici. c. Clerici. c. qualiter & quando. c. cum non ab homine. & tit. de for. compet. c. 2. c. si diligenti. c. significasti. Eandemque exemptionem Imperatores Christiani passim suis sanctionibus firmaverunt, certè, ut legere est in C. Theodosiano lib. 45. 46. 47. sicut illum allegat Lajman. c. 4. de immunit. Eccles. cum

cum immunitatem Clericorum jam ante sanctè observatam, Julianus Apostata turpiter violasset, Theodosius & Valentinianus Imperatores ita rescriperunt: *privilegia Ecclesiarum omnium, quæ sculo nostro Tyrannus inviderat, pronâ devotione re-novamus.* Clericos item, quos indiscretim ad seculares Indices debere deduci infastus præsumptor edixerat, Episcopali audience reservamus. *Fas enim non est, ut Divini munieris ministri temporalium, potestatum subdantur arbitrio.* Quod si eandem aliqualiter à Iustino quoque Novel. 83. collat. 6. lœsam deprehendimus, correctam à Friderico secundo in *Authenticâ statuimus.* superius citata dicimus, ubi ita loquitur: *statuimus, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili trahere ad Iudicium seculare præsumat &c.* Quod si actor fecerit, *Iure suo cadat, iudicatum, non teneat,* & index ex tunc potestate Iudicandi privetur, valde enim indecens esset, ut statu inferior, qualis est Laicus, iudicet Superiorem, qui sunt Sacerdotes alieq; persona Ecclesiastice per. c. duo sunt distinc. 96. atque hæc, quæ de exemptione in causa criminali quoad Clericos diximus, eatenus ampliamus, ut tametsi aliâs in certis Casibus quoad causas civiles Clerici, velut est causa Feudalis, Laicorum Iudicio subjiciantur, si tamen causa criminalis etiam quoad Feuda emergat, illa Ecclesiastico non seculari Iudicio subjicienda sit. per ea quæ notat. Abb. & Innoc. inc. verum. n. 17. de for. compet. c. eti Clerici. c. ceterum. de judicis. Imò neque tunc statim, ut aliqui volunt, Tribunali Laico subdendum esse Clericum putamus, quando negotiis secularibus, vel vilem exercens artem v. g. Macellarij, Tabernarij, etiam dimisso habitu, immiscetur, nisi expressim tertio monitus sit. per apert. rex in. c. fin. de vit. & honesto Cleric. Clement. i. cod. tit. c. 25. & 45. Gloß. utrobiq; de sent. excom. Covar. pract. qq. c. 32. n. 2. Sanch. de matri. diss. 45. lib. 7. n. 18. Clarus §. fin. q. 36. a. n. 23. aliplures allegati à Barbos. dict. tract. Iur. Univer. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 17. & 78.

Quod autem communiter dicitur: Clericum se in misericordem enormitatibus [quæ in proposito talia delicta sunt]

ut ex ijs infamiam quis incurrat. teste Aloys. Ricc. in sua praxi resol. 172. n. 3. Barbos cit. loc. n. 76.) privilegium fori amittere, intelligendum sub distinctione est, secundum decisionem Cardinalium allatam ab eodem Barbos. dict. n. 76. in una Motu lens 1. Febr. 1620. ita, ut vel Clericus se ejusmodi enormitatibus immiscens pluribus vicibus, fuerit in habitu & tonsura Clericali, vel in habitu Laicali, si primum, tunc secundum dictorum Cardinalium decisionem eo ipso absque aliâ monitione prærequisita censetur renunciasse privilegio Clericali, si secundum, opus sit tria monitione.

Quæ autem communiter, si abstrahere ab hac Cardinalium decisione velimus, requirant DD. ut Clericus immiscens se ejusmodi enormitatibus privetur fori privilegio, notat cum citatis Barbos. a. n. 72. ubi supra Diana. p. 1. tract. de immun. Eccles. resol. 23.

CÆTERUM per allegatum Decianum in tract. crim. Tom. 1. lib. 4. c. 10. a. Iul. Clar. §. fin. q. 36. ubi multa ad propositum tradit. & Cassaneum de consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 5. n. 47. tametsi alias communis Regula sit, Clericum præsertim in criminalibus, de quibus hic modo nobis sermo est, exemptum esse à Iurisdictione Laicorum. notare tamen plures casus est, in quibus Laici videntur de criminibus Clericorum cognoscere posse, & è contra Ecclesiastici de Laicorum, ex quibus notabiliores aliquos quantum pro compendio harum pagellarum satis erit, referemus.

ET PRIMO QUIDEM expressus textus est in 6. tit. de vit. & honest. Cleric. Clericos histrioniam exercentes, quos Iura voce Barbarà Goliardos, vel buffones appellant, per annum continuum mimos agentes, ipso jure omni privilegio Clericali privatos esse. Quod si verò minus quam per annum, mimicis gesticulationibus vacaverint, nec ad trinam monitionem desistant, tunc saltem per sententiam amittere digni sunt prædictum privilegium, vide fusè citatum Decian. lib. 4. c. 9. n. 86. aliosq; allegatos à Barbos. ubi supran. 77.

SECUNDO CLERICUS etiam qui terminitus incorrigibilis est, privilegium fori amittit, potestque ex tunc coerceri à Iudice Laico. per express. tex. in c. 10. de Iudic. dicitur autem tunc incorrigibilis, secundum Decian. lib. 4. c. 9. n. 130. quando contemnit legales pñnas sibi impositas, & mandata suorum Iudicium, ac deliberatè ad delinquendum procurrit, ita [sicut ex. c. cum non ab homine. tit. de Iudic. &c. & si Clerici, ac quæ ibidem notantur, colligitur] ut Ecclesia non amplius habeat quid pro tanta incorrigibilitate delinquenti imponat, quod ex. text. cit. c. cum non ab homine. manifestè colligi videtur, cum enim ibi in aliquo crimen enormi, {furto vel homicidio v. g.} deprehensum deponi Clericum Summus Pontifex jussisset, secuta incorrigibilitate, sive, ut h̄c sumitur incorrigibilitas, spontaneo relapsu in idem vel simile crimen s̄epius patratum eundem excommunicari, ac denique incorrigibilitate quasi completâ, sub sequente contumaciâ, anathematis mucrone feriri mandavit, quo facto si nec dum ad frugem ocyus ac pœnitentiam redditurus esset, jam non expectatâ ulteriori declaratione incorrigibilitatis vel Secutâ formali traditione potestati laicali factâ, Iudex sacerdotalis procedere contra tales, maximè si in flagranti deprehensus sit, omni jure poterit. Quod autem satis multi tenent per. c. novimus. de verb. signif. e. degradatio, de pñn. in 6. c. falsiorum. de crim. falso. ad hoc, ut exercere suam potestatem in Clericum enormiter peccantem, Iudex Laicus possit, præcedere debere formalem Clerici traditionem Curiæ sacerdotali faciendam, vel non nisi præmissâ degradatione, procedere dicimus in casibus de Iure speciatim signatis, & ubi sumus extra vitium incorrigibilitatis. de quo cit. c. cum non ab homine, eo modo quo diximus solummodo disponit, nam propter nimiam criminis enormitatem evenire potest, ut Clericus aliquando etiam non incorrigibilis potestati & Curiæ Laicali puniendus mox subjici debeat. & ita conciliantur opiniones, vide Barbos, cit. loc. n. 80. cum allegatis a

sc. ubi tamen paulo aliter, & magis intricate loqui videtur, &  
quæ notat. Dian. Mor. resol. p. i. tract. i. resol. 12.

TERTIO INTER AMITTENTES fori privilegium communi-  
niter reputantur Clerici criminis Assassini infames, de quo  
habemus decis. expressam Concilij Lugdunensis relatam inc. 1.  
de homic. an autem ad incurrendam illam pœnam, de qua ibi  
Sanctio Pontificia exstat, requiratur, ut vult Covar. lib. 2. va-  
ri. c. 20. n. 10. Navar. in Manu. c. 27. n. 156. Barbos. ad idem. c. 1.  
ciratum, & s̄pē dicto §. 2. c. 39. Iur. Univer. Eccl. n. 86 alijq ab  
ijsdem maxime Covar. allegati, ut Christianus occidatur à tali,  
qui ipse Christianus non sit, sed barbarus & de fœce infidelium,  
dictorum Assassini, qui, ut notat Covar. ex Raphael. Volan-  
ter. lib. 11. de sc̄t. Syria. & Paul. AEmil. de reb. Francor. lib. 5. erant  
Syriæ inquilini ita à puerō instructi, ut mandato Regis vel  
Domini, cui obediunt, quosvis audacter inopinatō perimant,  
tametsi secundum eundem Covar. & expres. text. cit. c. 1. in 6. in-  
terim non interdit ad incurrendam dicti cap. pœnam, licet Do-  
mini cujus imperio dicti Assassini in necem alicujus dimittun-  
tur, sint Christiani, imò etiam Clerici. Vel, ut communis  
& contraria vult sententia, teste eod. Covar. ibid. n. 10. ad incur-  
rendam dicti. c. pœnam sufficiat, modo quis de mandato alte-  
rius sivè Christianus sivè barbarus, & verè Assassinus hominem  
Christianæ Religionis inopinatō perempturus opprimat, du-  
bium est inter DD. ut apud s̄pē dictum Covar. videre est, qui  
contrariam & communem opinionem omnino falsam opina-  
tur. Sed meo quidem sensu nimis confidenter, nam quod  
hoc colligi luculenter putat ex illis verbis c. 1. de homic. in 6. cit.  
præsertim cū nonnulli magnates taliter perimi formidantes coacti fue-  
rint securitatem ab eorundem Assassinarum Domino impetrare, sicq;  
ab illo non sine Christianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo  
vitam suam &c. ego certe non video, quæ sit consequentia:  
aliqui magnates debebant redimere quodammodo vitam su-  
am ab ejusmodi percussorum domino, ergo tales percussores  
debent.

debent esse infideles, & ut plurimum vere Assassini. Nam Summus Pontifex potius ad causam principalem hujus enor- mitatis respicere voluit & debuit, quam ad instrumentalem, in qua cum non posuerit differentiam, num Domini mandan- tes fuerint fideles vel infideles, Clerici vel Laici, mirum pro- fecto sit, si in instrumentalis ponere voluerit. nam, ut sciunt etjam Philosophi, effectus causa instrumentalis imputatur causa principali, in cuius virtute operatur. hæc autem verba: ~~non~~ sine Christianæ dignitatis opprobrio, rectè explicatâ opinione meâ hunc sensum habent, quod cum inter Christianos omnis servitus sublata pridem fuerit, quæ alias Dominis de jure ma- ximè veteri potestatem vitæ & necis tribuebat, sanè non sine Christianæ dignitatis opprobrio Christianus à Christiano re- dimere quodam modo vitâ suam deberet, maximè inter illos, qui se redemptos semel in vitam æternam CHRISTI sanguine gloriarentur. Quid ergo? num qualitas infidelitatis in per- cussore infideli majorem atrocitatem operabitur, quam in percussore Christiano respectu percussi Christiani, ut adeò illo infideli occidente pena incurritur, non occidente hoc respectu cuius, tanquam fidelis contra fidem ut fratrem in- surgentis, sine dubio major est enormitas, quam respectu illius infidelis. Secundò cum Assassini fuerint orientales populi utpote Syri, cum quanta copia usque in occidentem, & quidem in Italiam & Burgundiam imigrare debuissent. fuit enim hoc crimen tempore Innocentij Quarti, qui eidem Concilio, in quo pænam prædictam in Assassinos constituit ac Anno Domini 1245. Lugduni præsedit, admodum frequens. Deinde non est credibile Clericis tolerandum fuisse, habere, vel suscipere, aut emere ejusmodi infideles hoc crimine Assassini infames, in sua domo ac dominio futuros.

Tertiò cum soleant Concilia, quæ delicta certarum per- sonarum prohibent, uti nominibus & verbis, sicut commu- niter accipiuntur, communiter autem Assassini tunc, ut & hodie

hodie in Italia dicantur indifferenter esse percussores aliorum  
inopinati, ad hoc maximè conducti, & de mandato alterius  
submissi, miror cur detorquere dictam Sanctionem ad solo-  
rum infidelium percussorum interventum velimus. Et quæ  
est ratio, cur nomine Assassini quivis alius etjam non Syrus,  
modò sit infidelis, si taliter interimat, venire dicatur, & non  
etjam Christianus, cum idem delictum committat? imò cum  
qualitate majoris enormitatis, ut vidimus, neque enim et-  
jam alius infidelis, si Syrus non sit, verè Assassinus dici potest.  
& certè etjam hodie aliquem Christianum vocamus Ethnicum  
vel Turcam, qui opera Ethnici vel Turcæ facit, et si sine dubio  
revera & in personā talis non sit, cur ergò non etjam Assassini  
nos Pontifex vocare voluisse credendus est, quicunque ope-  
ra Assassorum faciebant, & me, ut credam, maximè persua-  
dent iniqua tempora illius ævi, ac fatale odium inter Gvelfos  
& Gibelinos post Fridericum Secundum ab Innocentio Quar-  
to imperio privatum, nam ut benè notat Thritemius noster,  
in Cronico Hirsaugensi, tantis odijs Gvelfi & Gibelini (hi  
erant qui Friderico adhærebant, Gvelfi qui Pontifici) per-  
sequebantur, ut Gibelini quomodocunq; quibusvis et-  
jam machinationibus possent, Gvelfos, & hi Gibelinos de-  
medio tollerent, ut adeò passim ejusmodi percussores, qui  
Assassini hodieq; vocantur, in necem aliorum conducerentur,  
ad quod Covar. non videtur adverteisse. Hac itaque pæna  
tam mandans quam mandatarius sive Laicus sive Clericus, et  
si uterque Christianus sit, tenetur, modò perimatur corpus  
Christianum, crimen enim Assassini committi dicitur, tam  
ex persona mandantis quam mandatarij, ut tenet etjam Co-  
var. n. 10. à princ. et si paulò post contrarium asserat.

Nobiscum sentit Barbos. dicit c. 1. de homic. in 6. n. 7. Farinac.  
in prax. crim. p. 1. q. 123. n. 19. Capyc. decis. 155. & alijs à Covar. citati,  
maximè Everhard. in locis Topicis. c. 76. Revertendo itaque  
ad præsentem quæstionem de fori competentia quoad perso-  
nas Ec-

nas Ecclesiasticas, dico Clericum tam mandantem quam mandatarum, si de crimen Assassinij probabiliter constet, ut aperte deciditur in text. cit. c. i. ipso jure privilegio Clericali exutum esse (dicitur enim dissidatus) posseque à judice Laico contra eum impunè procedi, præmissâ tamen sententiâ incursi Assassinij declaratoria, à Iudice Ecclesiastico ferendâ. per ea quæ notat Barbos. sape dict. c. i. de homic. in 6. n. 22. & cit. §. 2. c. 39. in suo tract. Iur. Eccl. uniu. n. 85. Grammat. decis. 105. n. 60. Felin. in c. cum non ab homine. de Indic. n. 9. & to. c. Rudolphus. n. 35. de rescript. communiter interp. in sape dict. c. i. de homic. in 6. & ratio secundum dictos authores est, quod quoties pœna ipso ius re pro aliquo crimen imposta est, intelligi debeat, modo subsequatur sententia declaratoria.

QUARTO VALDE QUOQUE probabile est, illos etiam Clericos fori privilegio non gaudere, qui cum antea delictum aliquod commisissent, postea ad evitandam Iurisdictionem sacerdotalem, declinandumque judicium, faciunt se ordinari, quod tamen secus est, si id bonâ fide fecerint, quod & præsumitur, nisi aliud ex circumstantijs colligatur, ita præter Barbos. dict. tract. Iur. Eccl. un. c. 39. n. 87. Covar. tract. c. 32. n. 4. Caval. com. contra com. q. 503. & de cogn. per viam viol. p. 2. q. 37. Deci. q. crim. Tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 60. argumentum est in Legge. hos accusare §. hoc benef. vers. item magist. ff. de accus. Bartol. in l. 1. ff. de pœn. Oldrad cons. 4. Et ratio est, quod dolus nemini debeat patrocinari c. intelleximus. in fine. de indic. &c. 2. de dolo. tametsi autem tales fraudulenter promoti quo ad hoc maneant sub Iurisdictione Iudicis sacerdotalis, non tamen poterunt per eum pœnam corporali puniri, sed tantum bonorum & rerum multâ ac amissione. ita ex com. Covar. cit. loc. consequenter si crimen pœnam mortis mereatur, aut mutilationem membra, erit talis Clericus prius degradandus per Episcopum, & tradendus Curiæ sacerdotali, & ita tenet Bartol. cit. l. 1. ff. de pœn. ut adeò nullatenus Iudici sacerdotali liceat in perso-

# De privilegio fori

personam Clerici et jam fori privilegio destituti ante degradationem pœnâ corporali animadvertere. De hâc autem fraude Index Ecclesiasticus cognoscet. Sicut ad hoc allegat decisionem Cardinalium Barbos. cit. loc. num. 89. in fine, vide etiam Zerol. in sua prax. verbo Clericus. n. 6. p. 1. Dian. resol. mor. p. 1. tract. 2. resol. 26.

Atque his quidem quatuor casibus Clericos privilegium fori amittere certum putamus.

QUOD SI AUTEM CLERICUS simul cum Laico (quam quæstionem paulò superius, cum de famulis Clericorum ageremus, obiter perstrinximus) aliquod delictum committat, ita ut unum & idem utriusque dicatur crimen, v. g. homicidium, adulterium &c. vel perplexitas causæ impeditat processum plurium Iudicium, ut contingit in casu, quo quis mandat delictum, & alter exsequitur tanquam mandatarius, putamus probabilius ratione hujus connexitatis, posse Iudicem Ecclesiasticum de crimine et jam respectu Laici cognoscere, illumque punire, maximè si vera est Doctrina Maranta de ord. iud. p. 3. dist. 11. n. 21. qui docet quod ubicunque Clericus & Laicus communitatem habent, veluti si inter plures cohæredes aliquis sit Clericus, omnes pro eâdem causâ communi conveniendi sint coram Iudice Ecclesiastico, sicut et jam si disceptarent in divisione facienda, controversia per eundem Ecclesiasticum dirimenda foret, velsi Clericus & Laicus executores testamenti simul essent constituti, ita Barbos. dict. §. 2. c. 39. n. 95. & quæ notat Dian. resol. mor. p. 4. tract. i. resol. 7. Steph. Grat. discep. for. c. 64. n. 3. 19. & 20. contraria tamen sententia et jam multum probabilitatis habet, maximè si causam utriusque delinquentis individuam non esse supponamus. per ea quæ notat Euchin. lib. 9. c. 31. ex Covar. pract. c. 34. Cravet. conf. 233. Gomes. de delict. c. 10. n. 6. plures alij à Barbos. dict. loc. citato. n. 94.

CETERUM QUA NON EXISTIMAMUS crimen laſæ maiestatis, de quo tamen passim DD. agunt, propriè à Clerico in supre-

supremum Principem sacerdotalem committi posse, cum propriè illud committere non dicatur, nisi qui Principis officii subditus est, ut probari existimat Barbos. *Sepe dict. c. 39. §. 2. n. 99.* per gloss. in Clem. *Pastoralis S. rursus de re indicata.* non putamus super hoc crimine cognoscere sacerdotalem posse, ac delinquentem punire, exemptos autem à potestate Principum sacerdotalium Clericos esse ex dictis constat, & probatur per aperatum textum in c. *Eccles. S. MARIAE. de constit.* ita tenet etiam Diana resol. mor. p. i. tratt. 2. resol. 19. *Marc. Anton. Genn. in praxi Curia Archi. Neap. c. 72. Aloys. Ricc. in Collec. decis. p. 5. decis. 2062. Farin. in praxi crim. q. 8. a. n. 28. Clar. S. lae sa maiestatis crimen. n. 7.* Idem cum eodem Barbos. ubi supran. 97. dicimus de Clerico delictum falsæ monetæ vel ipsius attonctionis committente. quamvis hodie vigore constitutionis Apostolicæ ab Urbano Octavo Romæ sub data *Idus Novemb. Anno 1627.* emanatae omnes ejusmodi delictum committentes legitime convicti prævia degradatione Curiae sacerdotali tradendi sint, ab eadem pro metito excessuum puniendi.

**ILLUD ETIAM HIC NOTARE ALLUBET**, quod Clericus qui adhuc existens Laicus in exilium condemnatus est, si illud post Clericatum rumpat, pro exiliij violatione puniri à Laico amplius non possit, est enim novum crimen, commissum à persona ejus, cuius status est mutatus, factaque est persona amodo exempta. ita Barbos. *dict. c. 39. §. 2. n. 99.* MINUS DUBIUM videtur, quatenus sacerdotalis Iudex quoad personam Clerici se intromittere nequeat, si coram illo inferendo testimonio delinquat, vel aliquod crimen fateatur, de quo *Felin. in c. verum. n. 5.* & ibi *Abb. de for. compet. Covar. præst. qq. c. 18. n. 8.* plures citati à Barbos. *dict. loc. n. 90.* Utrobiisque enim Laicus Iudex est incompetens.

[I] **DIXIMUS SIVE PERSONALI ACTIONE AGATUR.** & de personali quidem sic in genere tractando tantum dubium, etiam apud adversarios non est, præsertim si de causis merè spiritualibus, in quibus Clericos personaliter conveniri

contingit, veluti sunt causæ Beneficiorum, Decimorum &c. loquamur, nam si de actionibus personalibus ex causa merè temporali resultantibus, & contra Clericum intentatis sermo sit, res tam expedita non est, multisque in casibus contendunt adversarij personas Ecclesiasticas convenienter coram Laico Iudice posse. sicut supra ex *Canedo ad Decretum Gratiani*, teste *Ceval*, viginti casus dari diximus, in quibus Clericos seculari Jurisdictioni subjectos esse, multi presertim Iuris Civilis DD. & Principum Consiliarij volunt. Nostrum erit potiores & maximè controversos in Iure casus examinare.

QUOD SI ITA QUE PRIMO CLERICUS HÆRES sit alicuius secularis, qui ante obitum suum jam conventus super aliquā causā coram Iudice Laico fuit, controversia est, an Clericus teneatur apud eundem Iudicem Laicum causam continuare, ac finire litem, sicut cum multis tenet *Marant*. in suo *spiculo*. p. 4. *dist. u. n. 79.* & quos in contrarium allegat *Diana in suis mōr.* p. 1. *tract. 2. resol. 24.* & p. 4. *tract. 1. resol. 21.* rationem pro se allegant, quod in proposito Clericus ex persona defuncti, quam repræsentat, conveniatur, consequenter ut Laicus, ergò ejus forum declinare non possit.

Deinde quia successoris privilegium trahi non valet ad præterita, sed solum ad ea, quæ subsequuntur, ut loquitur *Diana ex adversariorum sententia. cit. p. 4. resol. 21.* Tertiò quia ubi cæptum est semel judicium ibi debet finiri, *i. ubi cæptum. ff. de Iudicijs. vide etjam Covar. tract. qq. c. 8.* Ego tamen contrariam amplector sententiam, cum *Tambur. nostro. Tom. i. de iur. Abb. disp. 15. q. 22. Dian. dist. loc. Abb. Felin. c. quia verò de Iudicijs. Bonac. in bull. cana Domini. disp. i. q. 16. punc. 5. n. 18. & de LL. disp. 10. q. 2. punc. 2. §. 1. n. 25. Iafon. & Paul. Cast. in l. vñditor. ff. de Iudicijs. alijque citati à Covar. ubi supra. Ratio fundamentalis pro nostra sententia est, privilegium fori Clerico etjam de Iure Divino, ut vidimus, competens, secundum quod conveniri non nisi coram Iudice Ecclesiastico potest.*

Neque

Neque hæc præventio Iudicis Laici quoad causam contra defunctum intentatam præjudicare immunitati vel potestati Ecclesiastice debet. Deinde probatur optimo argumento, cuius meminit Bart. in l. heres absens. ff. de Iudic. & Abb. ubi sup. cit. c. quia verò n. 12. deducto à privilegio fisci, in qua lege etiā disponatur, hæredem quoad jura hæreditaria sequi forum defuncti, adeo ut proprium privilegium allegare nequeat, solum tamen procedit in casu, quo tale privilegium, secundum quod conveniri coram proprijs judicibus debet, in Corpore Iuris contentum non est, secus si in Corpore Iuris contentum sit, ut est præsens privilegium Clericorum. Alias rationes vide apud citatos D.D. per Dianam. Argumenta adversariorum pro contraria sententia allegata nihil evincunt, quoad primum enim negamus, quod Clericus successor præcisè ex persona defuncti conveniatur, et si non diffidetur, in multis maximè quoad relicta bona & jura hæreditatis personam defuncti repræsentare. per ea qua not. in Novel. 48. in pref. de iure iur. à morien. &c. & l. hæredem. ff. de R. I. non autem quasi quoad hoc quoque personam defuncti repræsenteret, ut idem forum sortiatur cum defuncto, cum illi quoad Iurisdictionem toto genere dissentent. Altera ratio in contrarium allata nihil quoque contra nos facit, et si totam concedamus, queritur enim in proposito, num ex post facto, quo ad subsequentia (non præterita) Clericus immunitate ac privilegio fori non obstante, coram Laico conveniri possit, ex eo, quod cum defuncto, cujus modo Clericus hæres est, lis & judicium sit inchoatum.

Tertium argumentum solummodo procedit in casu, quo de privilegio in Corpore Juris clauso quis specialem non habet Iudicem, qualem tamen habet Clericus, hinc etiam fiscus causam in qua succedit, semel inchoatam ad suos revocat Judices, cum vi sui privilegij specialiter ipsi de Iure proximum sit; & miror quomodo allegatis textibus ex Iure fforum,

comprehendi Clericos quoad fori compulsionem adversarij velint, cum Lex civilis ligare Clericum non possit, & Legillatores, cum eas Leges conderent, ne cogitare quidem potuerint de Clericis, ut potè vel nondum existentibus, vel iplis penitus ignotis.

SECUNDA CONTROVERSIA est, quoad hanc in actione personali Clericorum exemptionem à foro civili, num Clericus ab emptore Laico laudatus, ac in causa evictio-  
nis, ut eum defendat, interpellatus, teneatur eum co-  
ram eodem Iudice Laico defendere, coram quo emptor  
cotiventus est, ita ut remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum  
hoc negotium non possit. Et licet plures etiam in hoc casu  
allegeat Diana resol. 25. p. 4. traſt. 1. Fachin. lib. 2. controv. c. 38. Co-  
var. pract. qq. c. 8. Caval. tract. de cogn. per viam viol. p. 2. q. 23.  
qui contrarium sentiant, velintque Clericum in Laico emp-  
toris foro eundem defendere debere, ex eo maximè persuasi,  
quod expressus textus sit in Lege. venditor. ff. de Iudicis. ubi sta-  
tuitur venditorem emptoris Iudicem sequi debere. quod idem  
deciditur in l. 1. C. ubi in rem aetio &c. allegantque pro se hanc  
rationem adversarij, quod in proposito casu tantum sit qui-  
dam defensor, & procurator principalis, emptoris scilicet,  
eiique solum afflstat, & concipiatur sententia & condemna-  
tio principaliter in personam emptoris, ac tametsi per quan-  
dam consequentiam, & indirectè condemnatio & sententia  
redundet in ipsum quoque Clericum venditorem, attendi  
tamen non debeat, cum liceat in consequentiam, quod non  
licet principaliter. per text. in l. interdum. S. qui furem ff. de fur-  
ris. l. solemus. ff. de Iudicis. & l. 4. ff. de auct. tut. his tamen texti-  
bus & rationibus non obstantibus censeo etiam hoc secundo  
casu Clericum cogi non posse, coram emptoris Iudice Laico  
emptorem defendere, sed remitti debere ad Iudicem Eccle-  
siasticum, & ita tenet Thom. Gramm. decis. 21. n. 9. Dian. ubi  
sup. Glos. in e. nullus Clericum. II. q. 1. Specul. de 1. & 2. Decret. S.  
restas.

restat. v. 24. Castr. in cit. l. venditor. Angel. Aret. instit. §. actionum  
 v. 19. de action. Mart. de Iurisd. p. 4. Cenc. i. casu. 35. n. 21. Tamb.  
 Tom. i. de Iur. Abb. disp. 15. q. 19. n. 33. ubi plures ejusmodi casus  
 allegat, & resolvit. ratio fundamentalis est, quod Clericus  
 consentire nequeat in Iudicem Laicum per expres. tex. in c. si  
 diligent. de for. compet. deberet autem consentire eo ipso, quod  
 citetur à Iudice Laico ad defensionem causa, sub prætextu,  
 quod teneatur ad evictionem. Posset tamen contraria sen-  
 tentia ex mente Archid. in cit. c. nullus Clericum. eatenus forsitan  
 admitti, sicut etiam limitat Diana, ut tunc defendat Cleri-  
 cus emptorem coram Iudice Laico, quando Clerico vendito-  
 ri canonice illud denuntiatum coram Iudice Ecclesiastico est,  
 atque de ejusdem licentiâ ad defensionem emptoris coram Iu-  
 dice sacerdotali procedit. Textus in contrarium adducti nihil  
 convincunt, ex ratione jam pro superiori casu decidendo al-  
 legatâ, cum & illorum textuum dispositio Iuris Civilis sit,  
 & emanata ab Legum Conditoribus Ethnicis. Quoad ratio-  
 nem in contrarium allatam dicimus, quod, tametsi solum  
 quidam defensor emptoris esse videatur, quantum ad con-  
 ceptionem libelli & verborum, reverâ tamen & in effectu  
 condemnatio ac sententia ipsum defensorem Clericum affici-  
 cat, debet enim de re evictâ vigore latæ sententiae à sacerdo-  
 tri, emptori satisfacere, maximè cum etiam Abb. cum alijs pluribus  
 in c. quoniam frequenter §. in alijs. tit. ut lite. non contest. n. 28. in effec-  
 tu tenere videatur, tunc indubitanter Clericum in judicio lai-  
 cali nominatum, ut defendat v. g. inquilinum, remittendum  
 ad Iudicem Ecclesiasticum esse, quando ipsius maxima ex par-  
 te interest, vide apud allegatum Thom. Gram. decis. 21. n. 9.  
 practicam quomodo hoc casu procedatur in Curia Regni  
 Neap. & Barbos. dict. tract. Iur. Univ. Eccl. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 15.  
 & sequentibus. ubi contrariam sententiam amplectitur.

TERTIA CONTROVERSIA est, utrum sicut multi quoque  
 tenent, ut videtur est per allegatos à Barbosa dict. loc. n. 121. ex  
 quibus

# De privilegio fori

quibus est Ceval. p. 2. tract. de cogn. per viam viol. q. u. n. 44. & seq.  
 & q. 23. n. 24. Tom. 4. com. contra commun. q. 897 n. 620. & seq. ac  
 allegati à Diana ditt. p. 4. tract. 1. resol. 72. & p. 1. tract. 2. resol. 80.  
 Ecclesiasticarum personarum animalia, si damnum inferant,  
 ea per Iudicem Laicum pignorari vel capi possint, damnum  
 que illatum per eundem à Clericis exigi valeat. argumento legis.  
 viros. in princ. C. de palat. Sacrar. Larg. lib. 12. c. 6. s. tributum. u. q. 1.  
 & allegant rationem adversarij hanc pro sua sententia, quod  
 hoc casu in personam Clerici nulla dirigatur executio, sed  
 onus reale impositum rei, à Clerico exigatur, sicut aliud  
 quocunque Tributum. Teneo tamen, etiam hoc casu Iu-  
 dicem Laicum se immiscere non posse, & ratio est, quod, licet  
 hæc causa naturâ suâ merè temporalis sit, ratione tamen per-  
 sonæ Clerici, contra quem movetur, Ecclesiastica existat,  
 adeoque à Iudice sacerulari definiri non possit per tex. c. 2. de iu-  
 dicis. & c. quod Clericis. de foro competenti. cum enim sententia  
 ferri debeat in personam [animalia enim incapacia sunt con-  
 ventionis, vel condemnationis, cum injuriam fecisse dici  
 nequeant, atque ratione damnorum non nisi in possestorem  
 actio dirigi soleat l. 1. ff. si quadrupes.) sane in Clericum ferri  
 sententia debebit, cujus sunt pecora, quæ pauperiem vel  
 damnum fecerunt, consequenter Laicus se immiscere etiam  
 hoc casu non poterit. Legem viros. allegatam nihil ad rem  
 facere dicimus, tametsi enim ex illa eruat Iudicem etiam  
 non suum se immiscere posse, ut executio fiat in re, quæ in  
 suo territorio & illius Iurisdictioni subest, non habito respe-  
 ctu, utrum persona cuius res est, pertineat ad suum vel alte-  
 us forum, nihil inquam facit ad rem, quia non agitur ibi de  
 foro vetito & inprorogabili, quale est forum Clerici, respe-  
 ctu fori & Iudicis Laici. atque ineptum est argumentum à  
 pari, quando pro ejus contrario expressam habemus in Iure  
 decisionem, quæ in proposito est in c. 2. cit. de Iudicis. & c. si  
 diligenti. de for. compes, ubi deciditur, quod Clericus prorogare

Iuris.

Jurisdictionem in Laicum nequeat, nec possit ab illo iudicari. Capitulum. Tributum. solum probat Ecclesiam aliquando teneri ad onera realia, nullatenus autem, quod etiam tunc ministri sacerdtales exequi in rebus Clericorum possint, per ea quæ not. in tex. c. non minus. & c. adversus. de immunitate. Eccles. vide pluribus Barb. dict. loc. ubi pro hac sententia. n. 121. etiam declarationem Congregationis immunitatis Eccles. attexit.

QUARTA CONTROVERSIA EST, an ijs etiam in casibus, quibus depositum persona Ecclesiastica coram Judice seculari recipit, promittitque se restituturum deponenti, sive coram eodem fidejubet pro laico, aut officium tutelæ vel curatelæ suscipit, coram iudice seculari conveniri possit. Et sentio cum Barbo. dict. c. 39. §. 2. a. n. 124. Dian. in suis mor. p. 1. tract. 2. resol. 21. Tamb. de Iur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 19. n. 36. conveniri non posse. ratio universalis pro nostra sententia est, quod qualitas Clericalis in ejusmodi depositario, fidejussore, tutori vel curatore inexistens, sicut illum abstrahit à communis massa & sorte Laicorum, ita illum eximit ab oneribus & Jurisdictione secularium, & quia tam exuberans illa ac privilegiata est respectu aliarum qualitatum in tali supposito considerabilem, ita easdem obfuscatur atque obtenebrat, ut solius illius qualitatis Clericalis, tanquam magis principalis, atque fortius privilegiorum ratio & respectus, præsertim in ordine ad sortitionem fori, habeatur. Et certè nisi hoc dixerimus, sequetur paucissimos casus esse, in quibus Clerici ad forum Laicorum trahi nequeant. Si enim principaliter ratio habebitur in persona Clerici, quatenus fidejussor est, aut depositarius, vel curator, aliosve contractus & actus civiles hic & nunc exercens, sane nihil alienum ab illo deprehendemus, quem subjectū legibus civilibus & secularium Magistratum Jurisdictioni palam est, consequenter his casibus persona Ecclesiastica ab illis judicari debebit, cum ut sic non ut talis, sive ut Clericus in considerationem veniat, sed ut civis vel

alius Legibus sacerdotalibus subjectus, sicut etiam quoad bona patrimonialia, aliaque non respectu dignitatis Ecclesiasticae acquisita, nullà immunitate Clericis alioquin concessâ gaudebit, cum ut quivis privatus & sacerdotalis tunc [ut sic] acquirat, possideatque non ut persona Clericali dignitate excellens, sed ut quivis alius etiam sacerdotalis, que contra Sacros Canones esse nemo non videt.

Si dicis, quare ergo Clericus coram Laico ratione Feudi conveniri potest etiam in personalibus, si qualitas Clericalis tanquam exuberans, & maximè privilegiata alias qualitates & considerabilitates in persona Clerici absorbet? respondeo hunc casum esse Unum de exceptis à Iure Canonico, ut adeò ubi specialiter contrarium à Sacris Canonibus dispositum nō est, sequamur communem Regulam exemptionis Clericorum quoad forum Laicale, Exceptio enim à Regula firmat regulam in alijs. l. quasitum. §. deniq;. ff. de fund. instruc. l. nam quod liquide. ff. de pen. leg. §. si cui penus. & l. legari. ff. de legatis. 1. Neque Iuris Interpretum erit ejusmodi exceptionis ex dicta quadam paritate rationis in favorem sacerdotalium Principum, quibus aliquando contra propriam conscientiam adulantur, introducere, cum restringi ejusmodi immunitas Clericis absolute & quidem de Iure Divino, ut probavimus, concessa à solo Pontifice possit. Atque cum restrictio hæc odiosa sit, sane à paritate rationis argumentum sumi non poterit, ut communis est doctrina Interpretum.

CETERUM SCIO PASSIM Iuris maximè civilis DD. Clericos in ejusmodi casibus, ubi diversas reperire considerabilitates est, secundum quas Clerici non ut Clerici operantur, subjecere etiam in actionibus personalibus Iurisdictioni Laicorum, sicut videre est apud Andr. Gail. l. 1. pract. obser. obser. 37. & seq. Marant. p. 4. dist. 11. Caval. Tom. 4. com. contra com. q. 897. à n. 592. & q. 899 à n. 144. Vasq. de success. Creat. lib. 3. §. 26. limit. 3. à n. 56. Salgad. de protect. Reg. p. 6. tom. 1. pralud. 2. & 3. a n.

127. plures ab ijsdem allegati, maximè Hispani. Et certè passim in nostra Germania hæc sententia practicatur, ut Clerici tam Superioris quām Inferiores etiam in actionibus personalibus, quantum ad ea quæ temporalia sunt, maximè si bona stabilia possideant etiam ad Ecclesiæ immediatè spectantia, coram Laicis Iudicibus convenientantur, fiatque executio in illorum bonis, sine ulla trepidatione vel metu incurse vel incurrendæ excommunicationis, sicut passim à Laicis arrestari ac pignorari Clericorum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum bona ac prædia luce meridianâ clarius est, quæ sine dubio contra immunitatem Ecclesiasticam sunt, & absque mortali peccato, ac periculo contrahendæ excommunicationis per se fieri non possunt, ut ex dictis constat, & non tant hinc inde commentatores ad Bullam Cænæ Domini. Deinde neque video, quomodo tolerari sine læsione immunitatis Ecclesiasticæ possit, tametsi Clerici etiam Principum negotia gerant, vel ab ipsis ad officia Consiliariorum aut aliorum munerum suscipiantur, vel statuum Provincialium Ordinarij deputati existant [quæ ejusmodi officia licet sine alia dispensatione etiam Regulares Prælatos suscipere posse existimo, modò contra dignitatem Clericalem non sint, vel alias illorum statui ac officio Ecclesiastico aut residentiæ præjudicium non inferant, cum hoc passim antiquissimâ consuetudine receptum sit, & cedat in bonum commune Reipublicæ, atq; hoc onus administratioñis necessario subeundæ conexum videatur bonis, quæ in provincia possident, maximè si Feudalia sint vel quasi talia) non inquam video tametsi suscepti ad ejusmodi officia debeant Provinciae, vel Principi vi sui juramenti fideles existere, bonâ fide administrare, consulere, rationes reddere, ac respondere, cum hæc ex natura officij, quod administrant, redundant, si in aliquo etiam ratio-ne sui officij delinquent, vel controversia oriatur, cur ad alium trahi Iudicem possint, vel ab alio distingi, vel puniri,

quām ab Ecclesiastico, licet solummodō pēna pecuniaria imponenda veniat. Et tametsi contrarium passim etiam quoad hoc defacto practicetur, videtur tamen nostra sententia multo verior, tutior in conscientia, ac immunitati Ecclesiastice quā indifferenter Clerici gaudent, conformior. Ratio pro nobis est, quod sive male sive bene ejusmodi officia suscipiant, modō trinā monitione eos ordinarij Locorum dehortati non sint, nihilominus privilegium Clericale retineant, & exempti sint à Laicā potestate, per ea quāe notantur *in c. fin. de vit. & honest. Cler.* & cum nullibi Pontifex Clericos hoc casu subjiciat sacerdularium Jurisdictioni, sicut tamen contingit quoad causas Feudales civiliter intentatas, sanè neque privatorum DD. authoritas, & præsumpta usurpatio Principum, prævalere contra immunitatem etiam hoc casu poterit. Et hanc sententiam satis communiter tenent Canonistæ præter citatos a Barbos. dict. tract. Iur. uni. lib. 1. c. 39. §. 2. à n. 127. inter quos pro nostra sententia allegatos est etiam Clarus §. fin. q. 36. n. 21. Diana Moral. resol. p. 1. tract. 2. resol. 18. & p. 4. tract. 1. resol. 39. Lezana in Summ. Tom. 3. verb. Clericus. n. 30. Marta. Squillante. & alij. locis ibidem allegatis. Argumentum, quod pro contraria sententia allegat Suarez citatus à Layman. de immun. Eccl. lib. 4. tract. 9. c. 5. n. 2. & seq. superius refutatum est, & vel nihil, vel nimium probat. nam tametsi in genere non diffiteamur, verum esse eundem non raro hominem pro diversis respectibus diverso Iure & qualitate censeri, illatio tamen in specie fabricata à Suarezio parūm concludit, dum ait: *quia hoc casu Clerici non considerantur nisi sub respectu merè civili & maxime quia sub eā cōditione & pacto ad ea ministeria acceptantur, quod pactum (sicut idem D. gratis ait) neq; contra exemptionem Ecclesiasticam est, neq; contra bonos mores.* nam ista abstractio diversi respectus in una & eadem persona Clerici, quoad subjectionem fori laicalis in casibus à Jure non expressis, nulla est, & contra Sacros Canones, ut paulò superius vidimus. Deinde quando

quando magis sub respectu Laicali Clericus considerabilis est, quam cum se negotijs sacerdotalibus etiam illicite implicat. v. g. lanionis, vel tabernarij, Procuratoris aut Notarij officium exercens, & tamen neque tunc Sacri Canones volunt ipsum privatum esse immunitate fori, & subiectum sacerdotalium iudicio, nisi primùm postrinam admonitionem, quomodo ergo si licite honestum officium in bonum commune pro Republica beat, eo ipso Laicali foro subjiciendus erit? textus ad hoc paulò antè adduximus ex Clement. i. & c. fin. de vit. & honest. Cler. Tertiò quid est notius in Iure, quam quod mixta nomine simplicium non veniant, nisi in favorabilibus? seu quod idem est, quod is qui diversis qualitatibus ac attributis, & consequenter respectibus affectus est, non subjaceat quoad odiosa Iuris dispositioni in illis, in quibus subjecet is, qui unius qualitatis & respectus est tametsi eandem etiam qualitatem in altero reperire sit? hinc communis est Doctrina, nomine Clericorum, Canonicos vel Episcopos, aliosque in dignitate Ecclesiastica existentes non venire in odiosis, quia Episcopus aliaque nominatae personæ præter Clericatum simplicem, aliam, & quidem nobiliorem qualitatem & respectum, simplicem Clericatum superantem, in se continent. vide quæ notat Abb. in Rubr. tit. de vit. & honest. Cler. Barbos. de appellat. iur. ver. Clerici. appell. 51. Et queso si hic respectus merè civiliis quâ talis Clericos foro Laicali subjicit, quo interim in angulo seponent dignitatem Clericalem, intuitu cuius quoad suam totam personam exempti sunt à Iurisdictione Laicorum, ut dici non possit vel debeat, aliquem in dignitate Clericali constitutum coram Iudice Laico conventum fuisse? Ejusdem quoque valoris est altera ratio à Suarezio ibidem subjuncta, quasi propterea maximè conveniri tunc Clerici coram judice sacerdotali possint, quod eo pacto & conditione ad ejusmodi officia acceptentur, jam enim supra vidimus, quod Clerici neque volentes neque inviti quam diu tales sunt, renuntiare

fori privilegio possint, quomodo ergo pactum vel conditio taliter acceptati officij Clericum ligabit? foret enim haec ultranea subjectio contra immunitatem Ecclesiasticam Clericorum ordini ac statui generaliter concessam, ut adeo male quoque subjungatur ab eodem Suaretio, ejusmodi pactum, & conditionem contra immunitatem Ecclesiasticam non fore. Nihil itaque probat citatus author his duabus rationibus pro contrariâ sententia allatis, vel nimium, quia frequentissimi casus essent, in quibus Clerici foro civili subjicerentur, cum in quovis politico actu & contractu quoad eorum personas respectus mere civilis militet, ergo ex illius sententia Magistrati seculari tunc subjiciendi sint, quod verum non est.

Ex quibus tam superius quam hic deductis liquidò colligis, quam directò contra Sacros Canones Consuetudo passim in nostra Germania male inolita sit, quam Prælati Ecclesiarum tam Regularium quam Sæcularium tenentur etiam in personalibus actionibus coram Sæculariudice respondere, sicut hodieque passim per provincias nostræ Germaniae observatur, ut Prælati quoad debitū aliquod quantumcunq; modicum conventi coram Laicis respondeant, imò in Bavaria expresso etiam statuto Provinciali cautum est, quatenus Prælati Ecclesiarum in actionibus personalibus non nisi coram Serenissimi Duciis Bavariae Tribunalibus convenientiantur. per ea quæ notantur r. p. In Erklärung der Landesfremhetten. art. 7. ubi ita legitur. Die Prælaturen vnd der Adel sollen vmb persönlich sprich vnd hert gerechtfertigt werden / dann vor uns vnd unserem Bischofumb ic. quæ quomodo salvâ authoritate Sacrorum Canonum, & immunitate Ecclesiasticâ statui possint, ego non satis video, cum, ut notatur in c. S. MARIAE. de constit. Laicis super Ecclesijs & Ecclesiasticis personis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non authoritas imperandi.

QUINTO TAMESTI NON desint, qui teneant Clericum conveniri coram Laico posse, pro contractibus & obligatio-  
ni bus,

nibus, tempore, quo erat sacerdotalis, initis, teneo tamen cum.  
*Diana.* p. 4. tract. i. resol. 23. & *Barbos.* ubi supra. n. 128. alijsq; ab  
 ipsam citatis. necessarij Iudicem Ecclesiasticum etiam hoc casu  
 adeundum esse ob rationis paulo superius allegatas, & ita de-  
 cimum fuisse in Sacro Consilio Neapolitano Anno 1625, testatur idem  
*Diana.*

SEXTO CUM PASSIM notum sit, Clericos & Ecclesiarum  
 Prælatos bona immobilia ac prædia possidentes, teneri quo-  
 tanis ad Steiras, tributa, vel census annuos Provinciæ vel Prin-  
 cipi solvendos, quæri etiam solet, an ad hæc debita expedienda  
 conveniri in Curia sacerdotali Provinciæ vel Principis possint,  
 vel potius coram Iudice Ecclesiastico desuper respondere de-  
 beant, & sentio, tametsi hoc quoque casu notorium sit, pas-  
 sim coram Laico Tribunali Ecclesiasticas personas conveniri,  
 illud de jure etiam Divino, & maximè SS. Canonum fieri non  
 posse per c. si diligenit. de for. compet. c. nullus Clericus. c. placuit. c.  
 nullus Episcopus. n. q. i. c. at si Clerici. Et quæ notat in sua repet.  
 ad idem o. Abb. de Iudicij. c. sacerulares. de for. compet. in 6. Et au-  
 thentica. statuimus. C. de Epis. & Cleri. & ibi Barbos. Ratio est,  
 quia cum Clerici etiam in Civilibus exempti sint à Iurisdictione  
 Laicorum, secundum allegatos textus, etiam hoc casu  
 forum Ecclesiasticum sortientur, consequenter coram ordi-  
 narijs locorum conveniendi erunt, & non coram sacerdotalibus,  
 per ea quæ benè notat *Diana.* tract. i. p. 4. resol. 66. ex Trident.  
 ses. 24. c. 20.

Ut ut autem aliqualiter Dianam dubium faciat ratio à  
 Suaret, ibidem allegata, quasi ejusmodi bona sub ejus teno-  
 ris conditione Ecclesiis concessa sint, ut desuper Laicis re-  
 spondere etiam in personalibus teneantur, me non admodum  
 movet, vel enim illa concessio taliter Ecclesiæ facta per  
 modum Feudalis donationis ac beneficij est, & res difficultatem  
 non habet, tunc enim, cum SS. Canones approbent ut de-  
 ceditur in c. novit. & c. caterum, de Iudicij. quoad ejusmodi bo-  
 na F. Eu.

na Feudalia etiam in personalibus conventionem Clericorum  
 coram Domino Feudi Laico, non est, quod opponamus. Vel  
 bona Ecclesiæ simpliciter sine expressione qualitatis Feudalis  
 sunt donata, prævia tamen hac conditione per Pontificem  
 approbata, & iterum res scrupulo caret, exercebit enim tunc  
 Laicus hanc Iurisdictionem ex indulto Pontificis, quod fieri  
 posse indubium est. Vel ultimò sibi reservavit Laicus donator  
 hujus causæ cognitionem, etiam quoad actiones personales  
 sine consensu Suumi Pontificis Episcopi enim consensum non  
 sufficere putamus, tum quod Iuris Divini sit hæc immunitas,  
 tum quod sibi hoc reservet Papa. test. Abb. in c. in Ecclesia S. Maria.  
 de constit. n. s. ) & nullam dicimus futuram esse reservationem,  
 cum pactis privatorum, ijs, quæ in utilitatem publicam &  
 communem Clericorum favorem introducta sunt, derogari  
 non possit, neque etiam in Iure Canonico textus sit, per  
 quem, ejusmodi conditionis appositi comprobetur  
 nam quod teste Diana ad hoc a Suarez. allegatur c. verum. de  
 condit. apposit. nihil ad rem facit, sermo enim ibi est de talibus  
 pactis, quæ contra Ius Canonicum & maxime Divinum non  
 sunt, atque videtur absurdum, sæcularem ita captare vel  
 mercari jurisdictionem in personam Ecclesiasticam posse,  
 quam, maxime in personalibus actionibus tam Ius Divinum  
 quam Canonicum & Civile eximit. & tametsi quis sibi Ius in-  
 se, ultra quam illa necessaria ad dotem sit, Ecclesiæ donatâ, re-  
 servare possit, ut communiter docent interpp. per ea quæ Molina  
 de Iur. & Iust. p. priore. tract. 2. diff. 172. n. 3. Layman de immun.  
 Eccles. c. 5. n. 4. c. praterea 23. de Iure Patronat. ibi Abb. & in c. i. de  
 sensibus ibidem Hoffm. non tamen potest Ius in personam, ad  
 quam res transitura erit, occasione factæ donationis querere,  
 eò ipso, quod persona nunquam ipsius Iuri subjecta fuerit, si-  
 eut tamen res, in qua sibi jus reservavit, erat, dicatque Cle-  
 ricus intrinsecam improportionem & incapacitatem, quoad  
 suam personam, subjectionis Laicalis, adeò ut ad eam habili-

tari

tari non nisi per Summum Pontificem possit. QUID ERGO? condemnabimus né passim Germaniae nostrae Principes Sacerdotes, & eorum ministros peccati mortalis, ac violatæ immunitatis Ecclesiasticæ & incurse excommunicationis? cum palam videamus, Clericos Prælatosque Ecclesiasticos teneri de bonis ad illorum Ecclesias spectantibus steiras & tributare, conveniri coram Supremis Principum Secularium tribunalibus? Respondeo illud psalmista: *Dominus iusticias indicabit.* Si tamen aliquâ ex parte excusationi locum facimus, credendum est propterea ejusmodi personas primò ad steiras teneri, quod eorum bona ac prædia tali onere reali affecta fuerint, antequam ad Ecclesias transirent, donata v. g. ab subditis; transit enim res cum onere, ita tamen hoc intelligendo, ut illa onera antequam transferrentur, merè realia fuerint, originem suam ducentia ex aliquo pacto censuali, Emphiteutico, aut Feudali, non quod solita quidem fuerint imponi rebus, sed cum respectu ad personas, quatenus scilicet imponentis Iurisdictioni subiectæ sunt, ut bene notat. *Felin. in c. Ecclesia S. MARIAE. de constit. n. 76. Azor. Tom. 1. lib. 5. c. 13. q. 1. Layman. cit. loc. de immun. Eccl. c. 6. ex Abb. & Innoc. in c. caterum. de Iudicis. c. 1. de censibus. c. non minus. & c. adversus. de immun. Eccles. c. ult. de vit. & hon. Cler. Moliv. tom. 3. p. priore. tract. 2. disp. 651. & 672. ratio est, quia cum ejusmodi res, quas, ut diximus, subdici in Ecclesias ac Monasteria transtulerunt, reconoverint à Principibus in Emphiteusin, Feudum vel contratum censiticum, certè etiam simpliciter transferendo præjudicare Dominis directis non potuerunt, quo minus illi etiam ab Ecclesiis onera prædijs inhærentia exigent.*

Quod si tamen dicta prædia, aliaque bona immobilia ab ipsis Principibus tanquam Dominis directis, ut allodialia, Ecclesiis simpliciter oblata fuissent, certè ad nullas amplius steiras eorum successores obligare possent. Interim si in dubio, quâ intentione vel pacto oblata sint, ab immemoriali tem-

pore solitæ sint Ecclesia ex ejusmodi bonis certa tributa pendere; præsumptio est, quod cum tali onere transferint, hoc tamen singulariter animadverso, quod si interim bona aliqua ad Monasterium v.g. vel Ecclesiam sine tali onere transiverint, illa in matriculam censualem redigi à Principe absque lassione immunitatis Ecclesiastice non possint. per ea quæ not. Felin. ubi supran. 77.

QUANTUM AD ALTERUM, subjectionem scilicet fori laicalis in actionibus etiam personalibus ratione ejusmodi bonorum attrinet, necessariò ad contractum Feudalem recurrendum erit, dicendumque quatenus ejusmodi bona, intuitu quorum Ecclesiasticæ personæ coram Laicis conveniuntur, in talem contractum ac conventionem deducta, eodem onere ac obligatione trællata in Ecclesiæ & monasteria fuerint, & consequenter etiam in personalibus ratione istorum bonorum, hodieque Clerici conveniri coram Domino seniore, Laico possint. per ea quæ notavimus ex c. novit. & c. cateram. de Iudicijs. Quamvis sciamus indifferenter hâc facultate abuti Laicos, Ecclesiasticasque personas cogere toties coram se respondere, quoties causa mere spiritualis non est, sed temporalis ac Civilis, v.g. debitum pecuniarium, merces familiorum, & similia.

[K] DIXIMUS AUT ACTIONE REALI AGATUR. tametsi enim torrens DD. maxime praticorum contra nos inundet, plurimique etiam Theorici contrariorum doceant, ut videre est per citatos à Barbos. tract. Iur. Univer. Eccl. lib. i. c. 39. §. 2. a. n. 106. & quos citat And. Gail. lib. i. obser. 37. Myns. Cent. 1. obser. 22. & cent. 4. obser. 95. Guliel. Benedict. inc. Reynutius ver. uxorem. 2. n. 33. & seq. Tyraq. de retract. §. 22. Gloß. 1. n. 81. & seq. & quos allegat Gratian. discept. forens. c. 16. n. 19. & seq. Boerius latissime decis. 09. n. 22. & denique Caval. com. contra com. q. 36. nos tamè contrariam sententiam sequimur probabiliorem in punto Iuris, tutiorem in conscientia, & Immunitati Ecclesia-

Nicæ conformiorem, tenentque communiter Canohistæ, & ex Legistis Albericus acriter contraria sententiaæ authores inse-  
ctatur in authenticâ statu invas. n. 6. vers. in contrarium. C. de Epis. &  
Cler. Ioan. Faber, in ead. authent. Baldus, in c. decernimus. de Iudicij. in fin. & in authent. Clericus cit. tit. de Epis. & Cler. Marant sape dicta dist. 11. p. 4. n. 2. Abb. in c. qualiter. de Iudicij. Roland. à Valle.  
consil. 12. n. 37. & cons. 23. n. 3. lib. 2. Rota in antiquis. tit. de consuet.  
decis. in ordine 840. & de for. compet. decis. 552. Ratio pro nostra  
sententia est [præter plurimas illas, quas supra pro immuni-  
tate probanda etiâ delure Divino, indifferenter concessimus,  
ubi etiam varius textus in hoc argumentum adduximus] quod  
sicut persona Clerici, ita & bona illius immunita sint, & ex-  
empta à Iurisdictione Laicali, cum sint accessoria illius per-  
sonæ l. in pecudum. ff. de Usuris. l. 2. C. de Epis. & Cler. & quæ Reli-  
giosis adhærent, religiosa fiunt. l. quæ religiosis. ff. de rei vindic.  
vide Laymanum qui in specie pluribus probat hanc tam perso-  
narum quâm rerum ad Clericos pertinentium exemptionem.  
tit. de immun. c. 5. & 6. Optimo etiam arguento nostram  
fententiam fundat Barbos. ubi supra. n. 111. sumpto à minori,  
quod sicut res & bona allumentis militiam sacerdalem mutant  
statum & forum per. l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. 12. l. Magiste-  
ria. C. de Iurisdic. omnium Iudicium. ita multò magis bona quæ  
deveniant ad Ecclesiam vel Clericum, debent Judicem &  
Iurisdictionem mutare, transferunt enim in digniorem per-  
sonam, & quæ modo adscripta sit militiae Cœlesti, & vocata  
in sortem CHRISTI, l. non distinguemus. 37. §. Sacerdotio. ff. de  
recept. arbit. vide Innoç. in c. 2. de majorit. & Obed. n. 1. in fin.

Contrariae opinionis authores Sententiam suam probare  
conantur primò per sex. in l. fin. C. ubi in rem. dum ibidem di-  
citur: possidentem ibi locorum conveniri posse, ubi res sita  
est. Secundò per l. viros. C. de Palat. Sac. largit. lib. 12. Ter-  
tiò per l. spradum. C. de pradys. & al. reb. min. Quartò institu-  
ti. §. omnium. de actione reali persona non dicitur

obligata. Quinto textus est in l. I. s. 5. Alioquin ff. finis quondam.  
 ibi: quoniam magis fundo quam personis adiudicari fines vel partis in-  
 telliguntur. Sexto per tex. in l. qui aliena. s. fin. ff. de negot. gestis.  
 ibi: sententia prædio datur. Ultimo est authenticæ Clericus. C. de  
 Epis. & Cler. ibi: quod si natura causa vel alia ratio faciat, ut negotiatio  
 apud eum decidi non posse &c. Rationes quibus probare ean-  
 dem sententiam laborant, quia ex eisdem textibus desumptæ  
 sunt, supersedemus allegare. Tanti tamen ponderis neque  
 textus neque rationes ex ijsdem desumptas esse putamus, ut  
 non facile in contrarium responderi possit, loquuntur enim  
 plerique textus eo in casu, quo res sita in loco, à Jurisdictione  
 illius Judicis, cuius alias esset Jurisdiction, specialiter &  
 quidem toto genere exempta non est, sicuti sunt in proposi-  
 to bona Clericorum quoad Jurisdictionem laicalem. Et quæ  
 fo quid efficaciter inferri poterit ex textibus Juris Civilis, cum  
 Clerici Jure Civili non ligentur, quocies de Jure Canonicæ  
 contrarium vel diversum expresse statutum est? ut in nostro  
 casu contingit.

HINC ILLAM ETIAM QUÆSTIONEM negative resolvimus, in qua queritur, num, quando res hypothecata laico, in Clericum aliquo titulo transit, executio fieri possit à Ia-  
 dice seculari, mutavit enim res onere hypothecæ affecta-  
 statum, atque exempta modo à Jurisdictione Laicorum est,  
 cui rei taliter modo exemptæ cum onus hypothecæ inhære-  
 at, non video quare ab eodem Iudice cui res oppignorata  
 subjecta est, executio etiam ratione hypothecæ alteri que-  
 sita fieri non debeat, cum hæc hypotheca velut accidentis ex-  
 tra substantiam nec existere possit, nec aliquid per se esse de  
 Iure censeatur, sicut proportionaliter discurrunt de ser-  
 tute, quam quis habet in fundo alterius, quæ in bonis no-  
 stris esse negatur, vide quæ not. Bartol. in l. 1. ff. de usu. & usuf.  
 leg. In ILLO casu facilius concedetur executionem Iudicis  
 Laicalis esse, quo prædium aliquod alienatur in Clericum,  
 contra

contra expressum pactum, de prædio nullo modo alienando; modò executio non concipiatur in personam Clerici, sed in rem nulliter in Clericum translatam, & a Clerico avocandam, supposita enim nullitate alienationis prasumitur res aliena, & adhuc in Dominio principalis debitoris existere, per ea quæ notat Felicianus de cens. lib. 3. c. 6. Caval. com. contra com. q. 36. à n. 14. vide etiam quæ notat. Dian. p. 3. tract. 1. resol. 49. Barbos. sepe cit. tract. Iur. Univ. Eccl. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 105.

Caterum jam supra perstrinximus personas Ecclesiasticas quoad res Feudales sortiri forum Domini senioris, etiam Laici, tam in personalibus quam in realibus actionibus per c. verum. Q. novit c. caterum. c. ex transmissa quæq; notat. Abb. Felic. & Innoc. in c. folia. de maior. & ob. plurimi allegati à Barbos. ubi supra à n. 129. Quod putamus cum eodem hoc D. tam veram esse, ut procedat, etiamsi solum de Feudi possessione agatur, possitque iudex Laicus sententiam suam etiam executioni mandare, contra vasallos Clericos, sicut tenent plures citati ab eod. Barbos. ibidem. maxime Menochius conf. 2. n. 97. Quod si tamen negatur Feudum, de quo est controversia, ad Dominum seniorum Laicum, coram quo alias litigandum foret, pertinere, aut omnino Feudum non esse contendatur, vel occasione quidem Feudi, sed non de Feudo quæstio sit, aut iudicium contra Clericum Vasallum quoad amissionem Feudi criminaliter, aut civiliter de crimine tamen intentetur, primo & secundo casu certum esse putamus, ad iudicem Ecclesiasticum recurrendum fore, maxime si priori casu, nullum aliud Feudum, de quo dubium non sit, ab eodem Domino seniori recognoscatur, tunc enim, si Feudum aliud indubitatim possideret, saltem coram paribus Curiæ convenientius videatur, per ea quæ notat Schrader de Feudis. p. 10. sect. 1. & 2. & sect. 5. ubi multa de paribus Curiæ disputat, plurimosque allegat. Quoad secundum casum facilis ratio est, quia tantum in causis Feudalibus SS. Canones Iurisdictionem in Cleri-

cos Dominis senioribus etiam Laicis indulserunt, quæ querentes restrictiva est immunitatis illorum, ipsis de Iure Divino & maxime SS. Canonum concessæ, stricte & pro solis, & veris causis Feudalibus interpretanda erit. Quoad tertium & quartum casum, etsi non pauci teneant, etiam tunc Iadicis Laici esse Iurisdictionem per ea quæ docet Laym. de immunitate. s. n. 3. ex Suar. lib. 4. c. 34. n. 26. ad Reg. Angl. pro defens. fid. Sebrad. p. 1. q. 3. teneo tamen cum Abbat. & Innoc. in c. verum. de for. compet. & Barbos. cit. c. 39. S. 2. n. 135. cum plur. cit. contrarium. Et sanè optimus textus est in c. Clerici. de Iudic. ubi dicitur, quod de omni criminis debeat Clericus coram Iudice Ecclesiastico conveniri, ita ut in hac parte Canonibus ex nulla consuetudine (quale Ius consuetudinarium etiam Feudale est) præjudicium generari debeat; & sanè tam statuta Consiliorum Generalium sunt, quam SS. Canonum, ac etiam Imperatorum, ut in omnibus causis criminalibus Clerici plenissimum fori privilegium obtineant, per plurimos tenus alegatos à Laym. diet. loc. c. 4. vide quæ notat. Grat. noster. rot. can. fa. 11. q. 1. & textus sunt in iit. de Iud. c. at si Clerici. c. qualiter & quando. c. cum non ab homine. & de for. compet. & significasti. c. si diligenti. Adverte tamen singulariter, etsi ratione bonorum Feudalium Clericos forum Laicale regulariter declinare non posse profiteamur, nullatenus ramen illud ampliandum veniat, quo ad bona Emphytentica aut cestistica, quia ut optime notat Mandos. in annot. litt. H. ad consil. Ludov. Rom. 212. n. 6. in materia Iurisdictionis, licitum non est arguere de Feudo ad Emphyteulin vel censum, idem tenet Bald. extra de. Iudic. in Rubr. colum. 3. vers. sed nunguid. Decimus. in c. ceterum. de Iudic. ante. n. 13. Oldrad. cons. 83. n. 7. Barbos. cit. loc. n. 159.

UTRUM AUTEM CLERICUS INDIFFERENTER in quavis actione tam reali quam personali, qui Laicum coram Iudice seculari convenit, ab eodem reconveniri coram eo ipso. In dice Laico possit, valde controv. ræ quæstionis est, ut videtur

dere

dere licet per ea quæ allegat in utramque partem. *Felin.* n. 8. in  
o. at si Clerici. de Iudicij. Abb. Tdn. And. & communiter interp.  
post. gloss. ibidem. Probant primo per expressum extum Novell.  
o. de Sanctiss. Epis. c. 25. de Apotrisarijs. bi. nro, aliquam convenie-  
nem sustineant, nisi mandatum habent a suis Episcopis, ut aliquos  
conveniant, tunc enim soli illi qui ab eis convenientur damni licen-  
tiam si quam obligationem habent. contra Ecclesiam aut contra Episco-  
pos eorum proponere &c. Et in argumentum etiam esse potest  
Authentica. Clericus. C. de Epis. & Cler. Secundò authentica. &  
consequenter C. de senten. &c. ob hinc differenter statuitur aliquem  
conveniri posse coram eodem Iudice, coram quo alterum  
convenit, modò antelitem confessam vel immediate post  
faciat. Probatur tertio ratione, quia sicut omnes concedunt,  
quando Clericus convenit Laicum, & ferrat contra Clerici-  
cum sententia, tunc Iudex secularis poterit Clericum con-  
demnare in expensis, quia hoc condonatio venit accessoriè  
ad sententiam, & hoc non repetitur reprobatum à Iure Can.  
ergo cum & reconventio veniat accessoriè ad conventionem,  
reconvenit poterit Clericus eoram Iudice Laico: cujus enim  
est cognoscere de Principali, est etiam cognoscere de ejus  
accessoriò, atque eidem connexo. c. quanto. de Iudicij. Quar-  
to quia Clericus agens contra Laicum necessariò cum eodem  
contrahit, sicque utraque persona connectitur atque alligatur  
Iudicio ac personæ judicantis, ut ambo pariter necesse ha-  
beant parere ipsius Iurisdictionis; videbitur valde rationi  
& æquitati conforme, ut cui Iudicis tanquam suo necessitate  
Iuris subjectus uterque est, coram eodem respondere recon-  
ventus necesse habeat, maxime (siquidem ita dicere liceat)  
quod hæc reconventio quasi in effectum alicujus exceptionis,  
ad enervandam intentionem, vel causam Principalem, con-  
tra Actorem ab actione absterendum proponatur, conse-  
quenter cum ad exceptionem actor respondere sine dubio co-  
ram eodem Iudice debeat, coram quo proposita est actio, &  
contra

contra actionem exceptio, declinare ejusdem iudicis forum  
Clericus reconventus non poterit, & pro hac sententia vide  
plurimos allegatos à Barbos. ubi supra. n. 137. quam & ipse tenet.

Verum quidquid ponderis sit his argumentis, censeo  
cum Ioan. And. ab eodem Felin. ubi supra. n. 8. cit. multò probabi-  
liorem & tenendam esse sententiam contrariam. Quam an-  
tequam confirmem textibus ac rationibus, probabiliora pre-  
mitto. Et primò quidem certum est, etiam contraria sen-  
tentiae authores non admittere, ut reconventio locum habe-  
at in casu, quo Laicus procurasset in fraudem conveniri à  
Clerico, ut sic illum postea reconveneret posset. per text. ut  
vult. cit. loc. Felin. c. relatum. iuncta glossa. in verbo. seculari. de Iur. Pa-  
tron. Abb. in c. cum dilectus. in fin. de arbitr. & ita tenet etiam Eraf.  
Cochier. de Iuris. ordin. in exempl. p. 4. q. 71. n. 29. Barbos. ubi supra.  
n. 146. Reconventio enim Clerici coram Iudice Laico ex ne-  
cessitate connexitatis, etiam ex tentent. adversi. à SS. Cahoni-  
bus inducta est, non ut aliquis sibi per dolum ad eam princi-  
paliter intentam, viam aperiat. Secundò certum quoque  
est, reconventioni locum non esse, quoties si admitteretur  
reconventio, tangeret causam spiritualem vel ei annexam, ita  
Bald. & Panor. in c. at si Clerici. cum Felin. Barbos. ubi supra. Ter-  
tiò in causa criminali, in qua Clericus nec civiliter potest  
reconveneri, ita ut hæc reconventio nec per viam exceptio-  
nis fieri possit, & ita docere Imolam per tex. in o. 1. de Cler. con-  
iug. in 6. testatur Felin. ubi supra. n. 10. Barbos. cit. loc. n. 148. Ca-  
mil. Borel. in sum. decis. tit. 7. n. 84. Decian. in tract. crim. lib. 4. c.  
9. n. 17. Quartò quoties non agit Clericus nomine proprio  
sed alieno, v. g. nomine tutorio vel procuratorio, Barbos. ubi  
supra. Quintò in causa appellationis ex mente Maran. p. 4.  
dist. 6. n. 24. vel in causa executivâ, aut ex capite nullitatis  
intentata, sicut neque etiam in causa depositi, vel cum que-  
stio spoliationis controvertitur, reconventio contra Cleri-  
cum locum habet, teste Maran. ubi supra, plures alij allegantia  
Barbos.

Barbos. n. 150. Ultimò si reus conventus esset excommunicatus, certum quoque foret, eum non posse Clericum re-convenire. gloß. in c. intellectimus. verbo. conveniri. de Iudicis. Et nota ex mente Felini, quod, ut ut contraria sententia AA. re-conventionem coram Iudice laico concedant, solum tamen hoc intellectum velint, quoad causæ cognitionem, non quoad distinctionem personæ, quia Laicus in Clericum, ut loquitur ibidem Felin. cum Archid. in cit. & i. de Cler. coning. in 6. manum ponere non potest. His itaque tanquam certis præmissis probo nostram sententiā cum Ioan. And. ubi supra, primò, quia ubi prohibetur genus, prohibetur omnis species conten-ta sub eo genere, c. generi. de R. I. in 6. atqui jura prohibente Clericum conveniri sub Laico, per text. ex utroque Iure supe-rius jam sæpe allegatos, ergò prohibent etiam reconveniri, quia reconventio est species conventionis. Confirmationē hu-ius argumenti faciunt Interpp. in Rub. ff. solut. mat. quām diffusi-us explicatam vide apud eundem Ioan. And. & Felin. loc. allegato. Quod autem aliqui respondent apud dictum modo Felin. textus adductos non dicere Clericos conveniri nequire coram Laicis, sed trahi non posse, frivolum est. Olim enim hoc maxime termino, antiqui IC. utebantur, quod conventi nolentes volentes apprehensa illorum auricula in jus raperentur, se-cundum illud Horatij lib. 1. Satyrā 9. . casu venit ob vius illi adver-sarius. Et licet antestari? ego verò oppono auriculam, rapit in ius & co-

Deinde si tantum hoc trahi est prohibitum & non etiam conveniri Clericum coram Laico, sane Clericus sine lassione privilegij fori ante sæcularem Iudicem judicialiter respondere posse dicendus erit, quod falsum est. Tertiò in c. nullus Cleri-cus. n. q. i. nulla sit mentio de ista tractione ad forum, sed simpliciter prohibetur, ne Clericus propter quamcunq[ue] causam intret in Curiam, vel ante Iudicem civilem causam dicere præsumat, neque enim solummodo ratione modi ve-

niendi ad Iudicium Clerici à foro civili exempti sunt, sed res  
veræ & principaliter, ne coram Laicis causam dicere teneantur,  
utpote qui eorum Iurisdictioni non subsint. Neque valet  
etiam secunda responsio, quam aliqui apud eundem Felicem dic.  
loc. comminiscuntur, quasi propterea verbum CONVENTI  
Simpliciter capi non possit ut genus, quod sit limitatum multi-  
tatis modis, & alias sequi videatur, quod sicut Laicus conve-  
niri non potest, coram non suo Iudice. c. si Clericus Laicum  
de for. compes, etiam reconveniri coram non suo Iudice haud  
possit, quod falso est, nihil enim valet hæc responsio, quia  
malè illa adaptatur cum suo antecedente Laicæ personæ, sim-  
pliciter enim verum non est, quod Laicus coram Iudice sœu-  
lari etiam non suo comparere non possit, sed solum quod in-  
vitus trahi eò nequeat, cum volens prorogare Iudicium in  
Iudicem etiam non suum indubitate possit. l. si conveniret ff de  
Iurisd. omni Iudic. l. t. C. eod. Maran, dist. 12. p. 4. Clericus autem  
tam simpliciter conveniri coram Laico non potest, ut neque  
volens, neque nolens ibi partes rei sustinere possit. c. c. si di-  
ligenti. est enim Laicus per se prolsus incapax, atque inhabi-  
lis, ut propriâ authoritate Iurisdictionem in personam Eccle-  
siasticam exerceat, velut suprà etiam adnotavimus. Secun-  
do tametsi in genere quasi summo, sive absolute in l. Papinia-  
nus & authent. & consequenter. C. de sentent. & interloc. &c. dica-  
tur coram eodem Iudice, coram quo quis alterum conve-  
nit, eundem reconveniri posse, huic tamen generali, & à  
Iure Civili factæ decisioni derogatur per specialem prohibi-  
tionem, quatenus Clericus, nullo modo coram Laico con-  
veniri possit, consequenter cum species deroget generi, &  
Jus suum nisi in casibus specialiter exceptis, in quolibet foro  
observari debeat, quoties circa idem diversa statuit, certe pa-  
rū ad rem faciet generalis illa Juris Civilis Regula, quenvis  
reconveniri posse coram eo Iudice, coram quo alium convenit, dispo-

nitem jūs civile circa personas Laicorum sibi subjectas, qui sicut in genere sacerdotali Magistrati indifferenter subditi sunt, ita in genere optimè statui potuit, eos etiam in causa reconventionis, illorum Jurisdictionem effugere non posse, quod male ad Clericos applicatur, cum nullatenus Jurisdictioni Laicali subjici possint. Vide apud eundem Felin. pulchrum simile quo hoc argumentum confirmat. Textum in specie pro nostra sententia putat esse Felin. in c. fin. extra de iudicij. Ultimò confirmari hæc sententia etiam hoc argumento posse. Videlur, quod reconventio nihil aliud sit, quam secunda conventio, ergo sicut prima conventio fieri quoad personam Clerici absolute coram Laico nequit, ita neque secunda conventio fieri coram Laico poterit. Velut in simili docent Interpp. substitutionem directò faciendam ex eo, quia est secunda hæredis institutio, ijsdem solemnitatibus fieri debere, sicut facienda est prima hæredis institutio, cum primo vel secundo loco fieri non diversificet speciem vel substantiam. Eadem nostram sententiam teste Felin. ibid. multi tenent. Ad argumenta & textus in contrarium allatos respondeo, & quidem quantu ad textus ex Jure Civili productos dico, eos nihil stringere, nam supra jam ex c. Ecclesia. S. MARIAE. de constit. intellectimus Laicos, potestatem statuendi quoad Clericos nullam habere. Authentica & consequenter, quæ in genere statuit aliquem reconveniri posse, coram eodem Judice, coram quo alterum convenit, intelligenda est loqui de illis personis, quæ absolute, & in genere saltem subjicibiles foro laicali sunt, quales non existunt clericis. Tertiam probationem, quæ nititur paritate, quâ sicut Laicus Iudex Clericum actionem causam perdentem condemnare potest in expensis, eo quod hæc condemnatio veniat accessoriè ad sententiam, ita videatur, posse in Clericum reconventum Iudex Laicus sententiam ferre, propterea dicimus vacillare, quod filtrationem diversitatis ostendere, nam condemnatio partis victi-

in expensis ad causam principalem accessio & conexio necessaria est, & de natura cause in tali iudicio y entilanda, reconventio autem non necessaria, & ex sola voluntate liberâ conventi originem trahens, & ita mere per accidens est, ut adeo à pari argumentum non procedat. Ad quartam probationem eadem est responsio. Ad confirmationem quæ vult, quasi hæc reconventio sit quædam exceptio, respondemus, negando esse exceptionem, propriè enim dicta exceptio, est actionis vel ad minimum intentionis exclusio, quorum neutrum reconveniens intendit, cum reconventio ex alia processus causa, principio, vel contractu aut negotio fieri possit, & quod nullam prorius connexitatem cum actione & causâ à Clerico intentata habeat, hinc aliqui apud Felin. cit. c. 11. si Cler. de Indicis. n. 10. in fin. tametsi concedant, Clericum re conveniri posse coram Laico, limitant tamen, ut hoc solum procedat, si reconventio fiat à Laico super eodem factum suum per quo secularis à Clerico conventus est, vel super eidem connexo, quæ sententia probabilius est. Et contrariam opinionem eo lubentius etiam amplector, quod licet plurimi teneant, satis indifferenter Clericos reconveniri posse coram iudice Laico, ut videre est apud Barbos. tract. Jur. Un. Eccles. I lib. 1. c. 39. §. 2. 4. n. 137. cum. 7. ampliat. idem tamen Barbos. pluribus allegat. ibid. n. 150. tenet, ut ut tunc victimum ex illorum sententia Clericum condemnare per sententiam iudex Laicus possit, sententiam tamen exequi neque in persona, neque in bonis Clerici conventi valere, sed ad iudicem Ecclesiasticum pro eius executione, recurrendum esse, ex eo principio, si Diana. p. 4. tract. 1. resol. 65. credimus, quod coactio, quæ sit in executione, supponat iurisdictionem, iudex autem Laicus non habeat iurisdictionem in Clericum, nam siquicunq; executionem sententiaz iudici Ecclesiastico reservamus ex eo q; fundamento, quod Laicus iurisdictione in Clericum careat, solane etiam reconventionem eidem Ecclesiastico reservemus necesse

necessè est, cum neque hic ratio sit, cur iurisdictionem in Clericū habere dicatur, saltem ad condemnandum, eò quod hoc nullib[us] in Iure expressum sit, & æque in hoc casu iurisdictione opus esset laico Iudici ad condemnandum Clericā, sicut necesse est ad exequendum contra eundem.

CETERUM NON MINUS SOLEMNIS & MAXIME controversa quæstio est, utram in causis possessorijs rerum spiritualium vel beneficialium, ubi scilicet de sola possessione rei spiritualis agitur, Clericus fori privilegio gaudeat, vel Iudicis Laici sit cognitio. Et suppono ex dictis tanquam certum, eo in casu quo Clericus partes rei sustinet, et si solum de possessione rei spiritualis agatur, Iudicem Ecclesiasticum adeundum esse, actor enim forum rei sequitur l. 2. C. de Iurisd. omni Iudicio quod quoad Clericum, Ecclesiasticum est, non sacerdotale. c. qualiter. de Iudicijs c. experientia. n. q. 1. c. si Clericus Laicum. c. cum sit generale. c. si diligenti. de for. compet. & c. quoniam. ibi ratione personarum. de immun. Eccl. in 6. Covar. pract. qq. c. 35. Menoch. remed 3. a. 349. Barbos ubi supra. n. 175. Clericum itaque, saltem si actor sit, in causis possessorijs rerum spiritualium vel beneficialium agere ac instare posse, & debere apud Iudicem Laicum, integer catalogus DD. tenet, quos magno numero allegat Barbos. ubi supra a. n. 160. & testatur idem author, hanc sententiam passim in Gallia, Hispania, Lusitania, Italia, alijsque locis in praxi receptam esse. Pro fundamento hujus sententiae allegant primò textum in. c. fin. de Iudicijs, ubi videtur in terminis decisum, sacerdotem Iudicem, qualis erat Florentina potestas, cuius ibi textus meminit, posse Iudicare de quasi possessione rei spiritualis. v. g. Iuris eligendi. Secundò adferunt c. petimus. n. q. 1. ubi legitur Episcopum per potestatem sacerdotalem fuisse compulsum restituere plebem, quam vi occupaverat. Tertiò. c. filius. 16. q. 7. quo loco textus vult Regis auribus intimandum, si male administrarent Ecclesiæ Metropolitæ. Quartò. c. causam qua. il. 2.

qui fil. sive legit. ubi assertis verbis dicitur, ad Regem pertinet non ad Ecclesiam, de talibus possessionibus Judicare. Proabant quinto ratione, quia ubi agitur de sola questione facti de mera temporalitate queratur, v. g. an hoc vel illud factum sit, haec vel illa verba prolati fuerint, hic vel ille detineat &c. Et ita resolvit Bart. & D. D. in l. Titia. ff. solmari. Abb. o litterar. de Iur. calum. cum enim causa possessionis per meros actus temporales queratur, ex quibus resultat ius detinendi rem sibi ut propriam, velut notat Gloss. per tex. in l. 1. ff. de acquir. pos. l. peregrè 44. ff. codem. Covar. in Regul. possessor. p. 2. n. 3. & in Rubr. de testam. p. 1. n. 2. non est eur. Judicii Laico negetur Iurisdictio in causa possessionis.

Accedit ratio ex L. naturalis. Si nihil commune. ff. de acquir. pos. ubi dicitur: possessionem nihil habere commune cum proprietate, quid enim participare videtur de ratione intitul. sec à Sacramenti Matrimonij questio, an Titius cohabitet cum Berta, an nuper Caius praesenteraverit vel Sempronius, an Marcus vel Marcellus collegerint Decimas? cum haec omnia in solo facto consistant, de quo apud sacularem Judicem postmodum queritur. His tamen textibus ac rationibus non obstantibus sentio etiam hoc casu Iudicis Ecclesiastici Iurisdictiōnem esse, cum plurimis citatis à Barbos. dio. loc. a n. 173. maxime Gutierez. Can. q. lib. 1. c. 34. a n. 26. Covar. pract. q. c. 35. Zerola. p. 2. verbis possessorum. Nicol. Garf. de benef. p. 1. c. 2. n. 50. Abarta de Iuris. p. 4. cen. 1. casu. 34. Azor. p. 1. lib. 5. c. 14. q. 1. Puteus. lib. 10. decif. 301. secundum mearem Rota Romane, quæ vult, Iudicem Laicum neque principaliter, neque incidenter cognoscere de causa spirituali posse. Proposita sententia allego optimum tex. in c. 2. de Indicij; ubi expresse statuitur, ne sacularis cognoscere de causis Ecclesiasticis presumant sed causa possessoria rei spiritualis, est causa Ecclesiastica, ergo minor constat ex Clement. 1. de causi posse & prop. ubi dicitur, tam petitum quām possessorum coram sede Apostolica intentari & Clement.

Clement. Unio de sequest. pos. ubi huiusenter etiam supponitur, causam possessoriam beneficij coram Iudice Ecclesiastico ventilari, & denique Clement. 2. de Iudicij, ubi ad præstationem decimalium eos, quitenentur, statuitur posse censurâ Ecclesiasticâ urgeri, consequenter præstatio qua est facta, in ordine ad nascendam possessionem fructuum decimalium, fori Ecclesiastici est non Laicallis. Nam si ex sententia adversarij causa possessionis werè temporalis est, adeoque, ut volunt, pertinens ad forum secularis, quoniam ergo citatis locis coram Iudice Ecclesiastico ventilanda proponitur.

Obi. Probatur secundò, si causa possessoria rei Spiritualis agi posset coram Iudice Laico, tunc causa possessionis & proprietatis rei Spiritualis non pertinet ad idem forum, ut per se notum est, sed pertinet tam causa possessionis quam proprietatis rei Spiritualis ad idem forum pericitatos textus & gloss. *sacrum bonum rex in c. s. extra de sequest. pos. derbo indistincte, ubi dicitur: quod si alicui causa absolute commissa sit, siquidem causa & qualitas Iudicis patiatur, censeantur commissa tam possessorium quam petitorum, nomen enim causæ absolute prolatæ utrumque complectitur, consequenter cum omnis causa tam spiritualis quam Ecclesiastica pertineat ad Ecclesiasticum Iudicem, pertinebit tam possessorium, quam petitorium ad forum Ecclesiae.*

Probatur tertio continentia causatum dividit non debet, per expressum text. cit. c. i. de sequest. pos. & quæ not. Andr. Geil. lib. i. obser. 32. Bald. in l. nulli. C. de Iudicij. connexorum enim, idem est Iudicium ac forum c. quanto, de Iudicij. v. inam de ord. cogn. ubi enim, ut loquitur Andr. Gail. ex mente Baldi dico iudicia ad eandem rem competunt, licet diversis vijs, sicut est possessorium & petitoriū, tamen dividit non debent, quatenus scilicet coram uno Iudice tractetur possessorium, coram altero petitoriū, sic enim continentia causæ divideatur, quod fieri non debet per tex. allegatos.

Causam

Causam autem peritorij, & causam possessorij esse causas continentes patet, quia sunt ad eandem rem pertinentes, siis enim possessorij est principium peritorij & cognitio huius afferit intelligentiam alterius, quomodo ergo ex sententia adversariorum possessorum rei spiritualis coram Laico & peritorum coram Ecclesiastico agi poterit, cum toto genere haec duo foris divellantur, ut adeo vel falsa debeat esse sententia Baldi, & errare textus ex Clement. & Decretal. allegati, quod dici nequit, ubi in terminis statuitur possessorij & peritorij causas esse continentes, vel falsa sententia adversariorum, quod volumus nam impossibile erit unquam, has duas possessorij & peritorij causas per se, & de jure, coram eodem iudice agitari, non enim coram Laico, quia incapax est iurisdictionis in rem spirituali tualem per se exercenda, non coram persona Ecclesiastica, quia incompetens est secundum mentem adversariorum causam possessorij, cum ex illorum sententia temporalis sit, & per se ad forum Laicale pertinens. Quod si dicens de possesso & Ecclesiasticum & secularis iudicem cognoscere posse, convincet ipsos continentia causa inter peritorum & possessorum rei spiritualis existens, ut vidimas, quia cum sententia toto genere non debeat posse dividiri, coram eo possessorum solummodo ventilandum erit, coram quo peritorum potest qui solus est iudex Ecclesiasticus, cum secularis iudex etiam ex sententia adversariorum in peritorio rei spiritualis per se cognosceri nunquam possit, vide etiam quae not. Abb. ad propositum c. fin. de Iudicijs. n. 14. & seq.

Quae in contrarium allegata sunt, tam nodosa non vindicantur, ut non facile expediantur, & primo quidem terror tot DD. turma non debet, quando pro veritate pugnandum est, certe plures ex adversariis professione sua Leguleij tantum sunt, Canonum non admodum studiosi, quorum cum nonnulli Principibus secularibus a Consiliis fuerint, quod in augmentum iurisdictionis secularis erat consulendo scripsisse

fisse videntur. ut adeo etiā alias veluti quicquam veritatis testes pluralitate sua multum possint, sicut pulchre docet *Maria Coratinus* in suo tract. de sent. tom. in proposito tamen, tanquam suspecti ac partiales non admodum stringant. Textus ex o. fin. extra de Iudeis. in contrar. adductus nihil ad rem facit agitur enim ibi de possessione rei profanae non spiritualis, cuiusmo. diverat *Echo Rectoris* secularis ad officium seu Magistratum scolarum, & ita post communionem tenet, Covar. Menoch. & alij allegati à Gutierrez. Can. qq. dict. c. 34. n. 29. Nicol. Garsi de benef. P. 110. 2. n. 58. Barbos. dict. loc. n. 177. Abb. ad idem o. fin. Textum ex e. petimus. pro contraria sententia allegatum intelligimus de hisachio tæculari invocato. & ita intelligit etiā Menoch. Cutier. Barbos. cit. loc. Capitulum filij. tametsi velit Regis auribus intimandum, si male rem Ecclesie administrent Archiepiscopi, hac tamen intimatio non sit in vim, & finem Jurisdictionis exercenda à Laicis principibus in personas vel Res Ecclesie, sed ut omni meliori modo, tanquam advocati ac Patroni vigilent, ac curent, (extrajudicialiter tamen) ne damnum patientur Ecclesie, & si necessè sit, ejusmodi dilapidatores denuntient apud Sedem Apostolicam, vel immediatos Superiores. Nisi tamen forte de re Feudali Ecclesie quæstio foret, tunc enim negari Regibus vel Principibus Jurisdiction non posset.

Textus ex o. causam qua. 12. allegatus etiam nihil contra nos facit, nam ut textum bene explicant Covar. Menoch. Cutier. dict. loc. & post illos Barbos. per verbum possessionibus, seb. qui tinent Pontificem idem dicere voluisse, ac si dixisset, de rebus Laicorum proprijs, villis, Feudis &c. de his enim quærebatur. nomine enim possessionis res possessas venire, etiam de jure. centum est, per ea quæ notantur in l. interdum 78. f. de verb. sign. & quæ not. ibi gloss. atque hoc sensu accipitur etiam in Scriptura Matth. 19. & Marc. 2. quidam enim Anglus, spos. liaverat quendam nepotem defuncti fratri sui ex eo, quod matrem

matrem in his suis treptatis in qua si iuristi fratris mortuus fuisset, dicitur  
ceret non frissa legittima, cuius sanc apostoli uocis causa sunt.  
Si manus Pontifex recte Anglorum Regem cognoscere, ibac  
judicare tanquam super causam meret temporali, nec connecti  
per se spirituali, voluit, non Ecclesiasticos Judices, reseruant  
ta tantum statutis legitimatis causa, foro Ecclesiastico.

Ad rationem pro contraria sententia adductam, responso  
deo, transferat quod quæstio facti in se intrinsecè etiam circa  
rem spirituali mota spiritualitatem non continet, sicut  
quod pro confirmatione assertus in *libido naturaliter*. *videlicet* in  
*mune, si de acquir. poss. factum in simili possessionem in*  
*intrinsecè & in sua essentia nihil habere commune cum pro-*  
*prietate, sive quod idem est, proprietatem in sua substantia,*  
*nihil participare de possessione, negamus tamen possessionem*  
*& proprietatem alio modo non communicare, cum regulari  
ter sollecat esse coniuncta, & Dominum cuperit ex possessione,*  
*ut not<sup>gloss</sup> ibid. in *libido naturaliter*, & patet ex prescriptione,*  
*quantum ad dominium & ei proprietatem obtinendam con-*  
*ferat possessio. Nec quicquam refusat, motas quæstiones in*  
*confirmatione non inferre intrinsecam participationem rei*  
*Spiritualis, negatur enim consequentia, ergo quæstio facti*  
*vel possessionis rei spiritualis eorum Laico examinari potest;*  
*sicut hæc quoque sequela quæ communites fieri solet in hac ma-*  
*teria, ista causa in se intrinsecè mere temporalis est, ergo ad*  
*forū secularē pertinet, nam quando de fundo Ecclesiastice*  
*aliando disceptatur, nunquid de re, in se intrinsecè, mere tem-*  
*porali agitur, sed quis dixerit, ad forū sacculare hanc quæstio-*  
*nem pertinere? item quid si agatur de onere reali v. g. tributo*  
*prædio Ecclesia imponendo? nunquid de re, mere temporali*  
*agitur? & tamen Judicis Ecclesiastici forū declinari jure non*  
*poteat. Sic, quid in se spiritualitas continet, quod ex ep<sup>ri</sup> quia*  
*Titius mille florenos dedit in donum alicui Ecclesiastico possit.*  
*Episcopo Clericum aliquem presentare pro ministerio illius*  
*Ecclesie.*

Ecclesiastis ergo propter conexitatem vel respectum, per quem necessario dependent ab Ecclesia vel iure spirituali, ejusmodi negotia subjiciuntur foro Ecclesiastico, mirum tideri non debet, ob eandem conexitatem, respectum, & communio rem possessionis rei spiritualis cum proprietate rei spiritualis, eam pertinere ad idem forum, ad quod proprietas pertinet, & sufficere deberet ita per SS. Canones definitum esse.

CELEBRISE ETIAM ILLDE & in praxi frequetissimus per Germaniam nostram casus hic loci examinandus est, quo scilicet Jure secularis Magistratus, terrae Princeps, vel alius Dominus in Electionibus Praelatorum, aut investitur Parochorum, alicuiusq[ue] beneficiorum, quod ad traditionem temporalium festiniat. Sicut & quoties post mortem Praelatorum, auctoritateque Clericorum, maxime Parochorum bona defuncti consignanda sunt, ac postmodum urucant inventanda? Et respondeo quoad primum, si ex hac parte in hoc daicos aliquarum voluntatis, necessario recurrentum esse ad ea, quæ superius etrea forum Clericorum in actionibus personalibus propter finem notavimus, quatenus scilicet illa bona quorum traditionem tempore Electionis Praelatorum vel investiture Parochorum hi pretendunt, Jure Feudali in Ecclesiam ab ejusmodi secularibus Principibus alijs sive dominis vel eorum majoribus, transiverint, vel hoc onere ipsorum legitimo modo imposito hanc tradendi temporalia prorogativam sibi reservarint, quatenus scilicet ab iis & non ab alijs, recognoscere temporalium traditionem, atque hoc ita necessario supposito per textus & Authores ibidem allegatos, tolerari potest hoc factum isaeclarium, se taliter quoad temporalia, in predictis casibus imminentium, cum per textus Juris Feudalis notum sit, personas etiam Ecclesiasticas Feudum à Laico recognoscentes, ab eodem quoad ejusmodi bonarum investiri debere, accipere que sunt Feudalium possessionem, vide quæ fusissimè notat Rosenthal, c. 8. in sua Synopsis in duobus ramen. an cum tali onere bona

mea bona in Ecclesiis amivenerint, vgl bona Feudo subjecta auctoritate  
 & saltet forte ad huc tolerandum eorum factum. & censere, si  
 jam ab immemoriali tempore in quietâ ac pæsticâ quas in pos-  
 iduâ sese tradendi temporalia prædictis casibus foissent: ex eo  
 & auctem solùm ad serere velle, quod temporalia in differenter,  
 iudeo quia temporalia sunt, disponenda Principibus tempo-  
 ralibus vestiant, nimis temerarium esset, & contra SS. Cano-  
 nes, qui bona etiam temporalia ubi semel in Ecclesiam ex  
 oitulo donationis, alioyé habili ad transferendum dominium  
 su transire, personarum Ecclesiasticarum Jurisdictioni ac dispo-  
 sitioni, subiecta esse voliterunt, non Laicorum Regiminis. Sed  
 iniquies Iure saltem Advocatis munitis sunt Principes aliquæ  
 Domini quatenus Ecclesiarum Prælati, Parochi, ceterique  
 beneficiati, traditionem temporalium non nisi ab ipsis reeo-  
 cognoscantur, nam testatur Rosenthal, op. de mat. Feudi concil. in  
 addit. l. 6. quod ipse viderit ejusmodi advocates habuisse tra-  
 ditionem & curam, ne redditus monasteriorum dilapidarentur  
 & vel alienarentur sine causa: Respondeo primò, certum esse  
 per ea quæ cit. loc. docet Rosen. And. Gait lib. 2. obser. 54. Zas pgo.  
 in sua Epit. de Feudi n. 44. & seq. & tot. cons. 7. vol. 1. Bär. Schenck in  
 suo tract. de Feudi ad. tit. de pace renenda. Si quicunq; advocatiam &c.  
 in nostra Germania ejusmodi advocates, & advocatas passim  
 in vlo fuisse, atque etiamnum esse: Et vocari nostra vernacula  
 o. Schus oder Shlemherr vel fastenvogt, imo alijs quoque locis  
 & ac provincijs usitatos fuisse, testatur Pontifex in c. generali. in  
 de Eccles. c. 2. de reb. Eccles. non alien. eod. lib. c. in quibusdam ex-  
 tra de paris. c. quia Clerici. de Iur. Patron. c. præterea. eod. ill. c. in  
 Engulis. de stat. Monach. Atque advocatia germanica fassen-  
 pegter nihil aliud est, quam jus singulare protectionis Ecclesie,  
 pro quo siquidem Iure Feudi competat, prout inter partes  
 convenerit, vel antiquitus obtentum est, quotannis aliquid pre-  
 stari solet, vel alium aliquem frustum plerumque annexum  
 habet. De quo Iure advocatia cum secundum jus scriptum

non habet apud admodum magna recognitio; ut testatur ibidem  
 in *Rosenthal* n. 3. quod consuetudines locorum patia, & conventiones  
 quas priepesta erunt. Et si ipso etiam non memini de mis-  
 os xii. Respondeo secundum tametsi meminerit h. *Rosen* alicubi  
 locorum advocatus seu rebus quae subevisse, ne bedditus Monasteri.  
 priorum diligenter estur (quae leuata videtur ex intrinsecis pain-  
 cipijs lucis advocari et manare) non tamen credo consequen-  
 tiam esse. ergo Ecclesia possessionem temporalium ab ipsis  
 recognoscere debet, ne cum h. et cognitio quoad illum, a quo  
 pribenda est, videatur supponere aliquam iurisdictionem, quâ  
 h. tam eni adyocatus publicus careat ut est eod. *Rosen* ibidem. *Gell* ubi  
*Sipriano* q. 4. *Alexander* ff. de *Jurisdictione* studet l. v. n. 32. & cons.  
 cap. xvii lib. 6. Sed an consuetudine saltum vel propositio, ac con-  
 ventione de jure modis Jurisdictionem vel traditionem temporalium  
 aliquam acquirere potuerint, addubitatus si prout quod neutro  
 modo est enim haec consuetudo bona liberatem Ecclesiastica-  
 sticam, h. ergo non valeret. *Gloss.* q. Abb. ex *com. c. ult.* de consuet.  
 stante enim hac libertate facti rerum temporalium ad Ecclesias  
 pertinet, quam spiritualium dispositio ad Episcopos,  
 sacerdosque superiores pertinet, exceptique sunt tam Clerici  
 quam Ecclesiasticum bonorum iurisdictionem per ea quæ  
 insuper fuisse diximus. Pastorum autem vel conventio propterea  
 nova valere, quia iuri publico iurata est haec immunitas, ut  
 si super ianuam notavimus, pastis privatorum derogari neque posse deo  
 ut hoc neque de lauthoritate Episcopi procedat, dum solus  
 Papa sit, ejusmodi pastis, quæ libertati Ecclesiastica obstant,  
 consentire. *Barbo* *sop. vir.* s. 2. n. 192. quod maxime velut esse  
 existimo, si private quod locorum ordinarios, hanc tradi-  
 tionem temporalium immemoriali consuetudine obtentam  
 presentarent. Intra autem dico, sive cumulative sive pri-  
 vative vi consuetudinis etiam immemorialis secularis Magi-  
 stratus episcopi traditionem temporalium, quod beneficia,  
 alias iuri vigore libertatis Ecclesiasticae solis alias personis

Ecclesiasticis competentia prætendant, nisi de legitimo titulo,  
vel privilegio doceant; negamus tutos esse in conscientia, &  
cum manifesto periculo incurrienda excommunicationis se-  
quor ad ejusmodi actus intrudere, per ea quæ notantur in c. vol.  
verit. & o. gravem de sent. excom. ubi tam statuta quam consue-  
tudines contra libertatem Ecclesiasticam, observari facientes  
excommunicantur, vide Abb. in terminis. ad propos. q. in suo comp.  
83. p. 1. Felin. in c. Eccl. S. MARPAE. de const. vers. quaro. 2. &  
quarto. u. qui recte resolvunt, toties statutum vel consuetudini-  
nem esse contra libertatem Ecclesiasticam, quoties est contra  
ea, quæ concessa sunt Ecclesia Universalis generaliter vel sin-  
gulariter, à Dño, Papa, vel Principibus saecularibus, ut te-  
nent communiter interpp. cit. e. noverit. Bart. & Bal. Authent.  
cassal. C. de SS. Eccl. vel quoties de aliquid per ejusmodi consue-  
tudinem Laicorum Clerici fierent timidores, & saeculares  
audaciores. argum. l. i. 9. qua oneranda. ff. quorum ret. alio &c.

Optimum argumentum à Smili petitur ex materia de  
cimarum, de quo interpp. in c. cum Apostolica. de his quæ sunt a Pro-  
latis. I. Felin. in c. causam, de prescript. Capel. Tholos. decis. 440.  
Covar. var. lib. i. c. 17. Canis. de decimis. c. 13. ubi communite-  
concludunt DD. non sufficere Laico allegare pro se consuetu-  
dinem immemoriam ad hoc, ut sufficienter probasse re-  
seatur, se ante Consilium Lateranense ejusmodi decimas pos-  
sedisse, item in contrariu[m] Ecclesia fundaram intentionem  
habeat de Jure communi, & talis Laicus se funder super  
decimis, quasi eas ante Consilium Lateranense in fundum re-  
cepisset, ergo probet, necesse erit. per L. si minorem. C. de in-  
integ. restit. li. C. de prob. l. i. & 2. ff. eod. præsertim cum in e-  
jusmodi personas Laicas regulariter non cadat possessio, ut  
ad eos Laicos Principes, ac Magistratus defendere sola consue-  
tudo immemorialis etiam hoc calu[n] non possit, nisi de legitimo  
titulo doceant, sunt enim ejusmodi consuetudines, ut potest  
libertati Ecclesiasticae repugnantes, reprobatæ à Jure commu-

signem ex auctoritate habent fundatam in actionem ordinarij logorum quodas eis modo traditionem temporalium per se solvlos expedientiam, ut per plus text. comprobatur Abb. dict. cons. 8. Ius. P. 83. In ipsius causa super suis iuribus ibidem dicitur.

Deinde licet hodie in nostris partibus idem Ecclesiarum esse advocati soleant, qui sunt Domini territoriales, habeantque fundatam Iurisdictionem Iure territorij, non tamen credo, quod vel Iure territorij (nam Clericis favore sui privilegij, propositi, qui extra territorium sunt, habentur) vel advocatione, per ea per paulo antea dictamus, praedictam traditionem temporalium sibi arrogare possint, cum ad Episcopos de Iure SS. Canonum dispositio bonorum Ecclesiasticorum pertineat. per xxxiii. abg. Abb. d. Consil. 83. & plures allegatos. nolitque citatum, in quibusdam de poenis. ejusmodi advocationes aliud possit, quam ipsis de Iure SS. Canonum concessum sit.

Quoad alterum, quantum scilicet ad ob-signationem vel inventationem bonorum, post mortem alicuius Praepati vel Parochi relictorum attinet, respondeo tametsi ejusmodi personæ defunctæ bona sua in Feudum ab ipsis secularibus Principiibus recognoscant, ex hoc solo tamen prætendere ob-signationem vel inventationem probabilitet non posse; & ratio est, quia tametsi de Iure Feudali proditum sit, renovare in investituram Clericos, si vasalli fuerint, à Dominis Senioribus etiam Laicis debere, ita ut nisi hoc faciant Clerici, Feudo priuandi sint, alterum tamen de ob-signatione bonorum vel inventatione post mortem Praepatorum, vel Parochorum, nullib[us] in Iure Feudali cautum est, maxime cum prætentant ejusmodi ob-signationem Principes, non Iure Feudi Ecclesiæ vel Monasterio concessi, sic enim ad summum forte possent fructus feudales ob-signare, cum tamen notum sit, omnes omnino fideles, et reveræ & notoriæ decimales sint, vel ex fidelium oblationibus proveniant, ob-signare ac inventare, sed Iure territorij & advocacie; nam scio clericorum etiam transuentium

& for-

*De privilegio fari*

& fortuitò morientium bona mobilia. Magistratum ibi loco sum existentem obsignasse. Atque hoc eo absurdius videtur quod cum vi jurisdictionis territorialis ejusmodi actus praetendant, illos exercere non vereantur in loco ab illorum Iurisdictione prossus exempto, ut sunt domus Parochiales ac Monasteria; & optimè ad presentem difficultatem faciunt, qua notat *Lambertinus de Iur. Patron. art. 9.2. principali. Abb. eod. t. 1.*  
*ex litteris. c. cum propter. Innoc. & communiter D.D. in c. cum & plantare. de Privil. qui omnes docent; Patronum etiam Ecclesiasticum / de facultati enim omnes supponunt hoc non posse.*  
reddendam administrationis rationem, à Clerico in beneficio patronato residente, non nisi perfundoriam prætendere ac exigere valere, ut adeò sicut *cit. loc. notat Innoc. inquirere spe- ciatim non possit, quantum Clericus pro cibo, potu, ac vestitu impenderit, sed tantum in genere quomodo possessiones ac proventus, quos Patronus Ecclesiæ obtulit, administre- tur, ac expendantur, rationem enim administrationis ex- etiam redderere Episcopo tenentur, ut bene notat Abbas c. in Lateranensi. de prabend.* Quamvis etiam hoc casu sciam, passim de facto Prælatos rationem Principibus secularibus reddere debere, ac ratiocinia acceptorum & expensarum ac reliqua administrationis redditum, quoties petunt, trans- mittere ad eorum sacerulares curias necesse habere, vel propte- rea, quia, ut diximus, advocatix Iure hoc prætendent, vel quia in temporalibus etiam ad Ecclesiæ pertinentibus suam Iurisdictionem esse volunt.

Quod si itaq; neq; Patroni Ecclesiastici vigore sui Iuris Patronatus alias tam favorabilis veram ac exactam rationem prætendere à Clericis vel Prælatis Ecclesiarum Patronatarum possunt, quo Iure sacerulares hoc poterunt, ita ut velint se pri- vativè etiam quoad ordinarios in ejusmodi obsignationibus ac inventionibus immiscere? Tunc tolerari forte posset, quod adessent, si requisiti de consensu ordinariorum interve- nirent.

dirent, tanquam temporalium bene gnari Administratores, & Episcoporum Amatusenses, maxime cum non raro Principum etiam Saculariorum intersit, ratione Steirarum ac tributorum, Fundis ad Ecclesias hoc onere transeuntibus impositorum scilicet, quomodo possessiones ipsis hoc onere reali affectae admittentur. Atq; hoc sensu forte concordata inter Principem Bavariae & Episcopos, quoad ob-signationem & inventationem, aliasq; controversias Anno 1583: approbata à Legato Apostolico Ratisbonæ fuisse intelligi possunt, non quatenus propriâ authoritate, & ut in hac negotio tanquam Principales se intrudant, ac singula disponant; sicut defacto contingit, debeantq; Episcopi vel illorum deputati, quos hoc immediate ac principaliter concernit, cum in his illorum sit de Iure SS. Canonum Iurisdictio ac Potestas, tantum assidere & spectare, illis omnia per se & primario expedientibus, ac, quod plane intolerabile est, & manifestum violentia argumentum, si se Clerici vel ejusmodi Praelati excusent, renuantq; ab ipsis temporalium traditionem accipere, aliave hujusmodi onera sustinere, quoad hoc prohibitionem SS. Canonum, vel suorum Ordinariorum allegantes, omnes Ecclesiarum fructus arresto subjiciunt, subditos Ecclesiarum ab obligatione subjectionis exsolvent, quin etiam involare Clericorum mobilia audent, contumaciam illorum, ut ajunt, his modis competentes, cum tamen nulla executio Laicis in personas vel bona Clericorum de Iure SS. Canonum competit, velut supra notavimus, ut adeò non vereamur dicere per expressam determinationem Pontificis in *Bulla Cane Domini*, excommunicatos esse ejusmodi Principes ac Magistratus, & non nisi Summo Pontifice posse absolvii. De qua Excommunicatione prater alios vide *Sayr. in suo thesaur. lib. 3. c. 21. & 25.*

CATERVM QVIA PONENTISSIMA CONVENTUO,  
maxime immemorialis ad acquirendam Iurisdictionem esse solet, atque in ea se passim fundare Ecclesiastice immunitatis

usurpatores coquereverunt, etiam examinandum erit, quid illa possit circa hoc Privilatum fori, aliquae causas, magis dubia tabiles referendi, de quibus passim quo ad hoc fori Privilatum disceptari solet.

Primo itaq; quantum ad eam consuetudinem, qua passim in Hispania & Lusitania receptum est, ut liceat judicibus secularibus cognoscere super pretensiā violentiā, oppressionē, vel iniunctate commissa à Judice Ecclesiastico in personas Clericorum, quam et si multi defendant ut est Salgado de prore. Rog. com. i. t. i. pralud. 3. n. 128. & 599. Covar. pract. q. 9. c. 35. Steph. Grau. discept. foren. c. 340. n. 322. Covar. com. contra com. q. 397. a. n. 113. plures alij cit. à Barbos. in tract. suo Iur. uni. lib. t. c. 39. §. 2. n. 180.

C. inc. Ecol. S. Maria. de consit. Ut si v. g. Clericus item circa beneficium vel beneficij fructus aliave de re habebat contumaciam ordinatio loci, à quo iniq; vel premebatur vel condemnabatur, ita ut à tali gravamine necessitetur appellare ad S. Apost. vel alia nimium oneretur comminatione aut inflictione censoriarum, certè secundum præcitos authores, si Iudex Ecclesiasticus deferre nolit ejusmodi appellationsi, vel desistere à dictis gravaminibus, quibus Iudex Ecclesiasticus Clericum subjectum opprimit, poterit ex mente modò allegatorum interpp. recurrere ad Iudicem Laicum, qui, ut vult Salgado. dict. loc. extrajudicialiter cognoscat de iniunctate & violentiā Iudicis Ecclesiastici, qua compertā compellatur ab eodem Iudex Ecclesiasticus cessare ab ea inferenda, relaxare censuras, atq; appellationsi deferre.

Atque horum quidem AA. præter inventaram consuetudinem, scientiam expressam, & tolerantiam Papæ, fundamentum petitur ex Iure naturali, quo videtur Principi concessum, defendere vi oppressos, allegantque pro se text. in. filiis. 16. q. 17. & c. Regum. 23. q. 5. aliaque plurimæ colligunt argumenta, quibus tentiæ suæ imbecillitatem stabiliant, quorum tamen opinionem, & fundamenta meritò acriter confutat Barbos. en. §. 2. a. n. 181. & dict. c. Ecol. S. Maria.

Marij. Steph. Grat. discept. for. c. 238. n. 74. & sequo seco p. 1. l. 3.  
 c. 14. Dian. resol. moral. p. 1. truct. 2. resol. 37. O 113. Ego tamen  
 huic recursui, per viam violentiae pluribus non immoror, cum  
 in nostra Germania, quantum scio, usu receptus non sit, &  
 omnino sentio, eum cum civitatis modo DD. contra imminita-  
 tem Ecclesiastica esse, nam propter defectum justitiae recur-  
 gere ad saeculares posse, expressa prohibitio est in c. qualiter de  
 Iudiciis. neque enim valeat conversio, potest propter defectum  
 Justitiae a Judice saeculari recurreri ad Ecclesiasticum per c. ex su-  
 saepro de for. compes. ergo potest etiam propter defectum justi-  
 tie in Ecclesiastico recurreri ad saecularem, recta enim gubernati-  
 onis ratio non patitur, ut majora minoribus subordinentur,  
 quælia sunt Ecclesiastica respectu saecularium. vide v. solia de  
 matri. & ob. extravag. unam sanctam. cod. tit. & habent Ecclesia-  
 sticæ tribunalia suam legitimam & bene institutam subordi-  
 nationem, ut si ab uno non possit quis consequi justitiam, ab  
 altero eidem subordinato imploret ac consequatur, veluti  
 sunt inferiores Prælati, Episcopi, Archiepiscopi, Primates,  
 Nunci vel Legati, & denique ipse Summus Pontifex. Ad  
 arguenda & fundamenta adversariorum tuse respondet Bar-  
 bos. cit. sepe S. 2. an. 186. & pleraque vel jam refutata sunt, vel  
 mox in subsequenti questione refutanda, quo loco dictus Bar-  
 bos etiam percenset, quam pernitosum fuerit semper in Ec-  
 clesiæ in causis Ecclesiasticis saeculares cognoscere, & refertque  
 calamitates Regum & Regnum, in quibus debita reveren-  
 tia erga Sedem Apostolicam defecit, atque violata est liber-  
 tas Ecclesiastica; cum tantum absit, ut maximi Imperatores, ve-  
 olut Constantinus, Theodosius, Carolus Magnus &c. falcam  
 suam Jurisdictionis miserint, in messem Ecclesiastica liberta-  
 tis; ut potius Laicos suo foro subjectis liberum esse voluerint  
 clerics etiam profanas coram Iudicibus disceptare Ecclesiasticis,  
 & idque non tantum si mox ab initio controversias suas ad illos  
 deducere voluerunt, sed etiam lite jam coram Judice Laico

cepera, ac prope finita, altera quoque parte colligantur invi-  
ta, modo tamen semper dolus & mala fides abesse per expres-  
sam Constitutionem Theodosii allegatam à Grat. nostro in c. quicunq.  
11. q. i. quam confirmavit atque observari voluit in omnibus  
Provincijs libi subjectis Carolus Magnus per constitutio[n]es  
noviter editam, ac ab eod. Grat. relatam in s. volumen. sed. secu-  
ritate. q. vide etiam quæ contra ejusmodi Ecclesiasticae liberta-  
tis martyres Ioan. Kochier. in suis Vindictis c. p. c. 29. p. 1. & c. 9. c.  
10. & c. 14. p. 2. per exempla vindictæ Diuinae ex Historicis al-  
legat.

Dubitatur itaque secundo, utrum vi consuetudinis,  
temporis maxime immemorialis, Jurisdictionem in Clericos  
exercere Laici valeant. Et pro affirmativa quod possiat, per  
ter authoritatem Covar. tract. 99. c. 35. Guil. Bened. in c. Reynae-  
tius. verbo & uxorem nomine Adelasiæ. decis. 2. Salg. de protec.  
Reg. tom. 1. p. 1. c. 1. pralud. 3. an. 138. plurimum citatorum a Barbos  
ubi supra. Probant primo, quod ejusmodi consuendo vim  
privilegijs obtineat, ut adeo, quod privilegio Principis fieri so-  
let, Consuetudine immemoriali adminiculante expediri pos-  
sit, t. hoc iure. S. ductus aqua. ff. de aqua quotidiana & aestiva. Caval.  
satis fusse in tract. de cogn. per vi. viol. gloss. 1. n. 1. Consal. ad reg. Can-  
cel. 8. gloss. 33. maxime n. 4. Barbos. in axiom. Iur. frequent. verbo  
consuetudo. n. 7. sed privilegio Principis sive Pontificis obtine-  
ri potest, ut seculares Clericorum caulas Judicent, sicut de  
facto existare ejusmodi privilegia testantur citati ab Anion. Dia-  
na. resol. moral. p. 1. tract. 1. resol. 6. Azor. qui hoc supponit. dict. tom.  
1. lib. 5. c. 12. vers. si objicies. Barbos. dict. S. 2. c. 39. n. 192. ergo pol-  
sunt etiam de consuetudine. Secundo allegatur pro hac opi-  
nione tolerantia & tacitus consensus S. Pontificis ista sciencie  
tis & patientis, ergo censemur dispensare. fusse salgad. tom. 1. de  
protec. Reg. p. 1. c. 1. pralud. 3. an. 139. Lef. sicut illum citat Diana  
na. de Iur. & Inst. lib. 1. c. 33. dub. 5. n. 20. saltem quatenus ali-  
quas consuetudines excludari vult, ex scientia patientia que  
Ponti.

Pontificis tolerantis, nec contradicentis, Mein. de Iur. & Iust. tom. 3. tract. 2. disp. 270. n. 5. ali ab eod. Diana citati. His tamen nihil obstantibus respondemus contraria sententiam esse temeritatem, adeo ut non tantum consuetudo absolute prævaleat contra hoc privilegium fari quoad personas Ecclesiasticas non possit, sed probabilitet etiam quoad casum aliquem particularum. Quantum ad primum, ratio est, quod haec immunitas, ut supra probavimus, sit iuris Divini, ergo consuetudo contra illam absolute introduci nequit. Deinde quia haec consuetudo est contra libertatem Ecclesiasticam. c. 2. de for. compet. c. neverit. ibi Innoc. de sent. excom. c. Clerici. de Iudicis, atque absolute reprobata à SS. Canonibus per citatos, textus inquit testatur Azor. ubi supra. quotidie damnatur ejusmodi consuetudo à Rota & Curia Romana, allegata superius decisione coram Merlino Anno 1630. Iuny. 28. adeo, ut neque Episcopis consentientibus Iuris dictio à Laico in Clericum exerceri possit, sicut notat Abb. & Felim. cum gloss. in c. decernim. c. qualiter & quando. verbo prohibemus. de iudicis. c. si diligenter. c. significasti. de for. compet. & si Diana resol. Moral. p. ii. tract. i. resol. 4. & 6. Barbos. sepe dicit. S. 2. c. 39. n. 119. credimus, singulis annis per Bullam Cane Domini reprobatur ejusmodi consuetudo. vide plures citatos apud eundem Diana. Accedit, quod seculares sint omnino incapaces hujus Iuris ac potestatis spiritualis, ut bene notat Barbos. cit. loc. n. 189. Azor. ubi supra. sed obiectum. per ea quæ notat Decimus in c. decernim. n. 38. de iudicis. c. causam. de prescriptionibus. ubi communiter interpres. c. quantum. de consuet. Dominicus in c. 2. de præbend. in 6. Hinc & præsumi non debet ex immemoriali consuetudine & usu consensum Summi Pontificis præcessisse, cum ejusmodi cunsuetudo à Iure reprobata sit. ut cum Suarez. in suo tract. pro defensione fid. ad Reg. Anglia lib. 4. c. 34. n. 17. tenet. Barbos. cit. loc. n. 190. & nos paulo superius per textus comprobavimus. Atque hoc à fortiori procedens doctrinam cimeti Azory. versiculo. unum est. dis.

78 Quid possit consuetudo

et loz. Dian. ubi supra refol. 6. Barb. cit. n. 19. sequeatur, ne quod docent cum allegatis à le, omnia etiam privilegia & ejusmodi immunitati derogatoria tametsi remuneratoria, quemodoli sunt concessa per Bull. Cura Domini sublata esse, & ita in terminis nostris etiā nosse Sagris testatur de censur. lib. 3. c. 25. non allegatur a Diana.

Quantum ad alterum membrum ratione saltem in causa aliquo particulari judicari persone Ecclesiastice à secolari bus vi in veterate consuetudinis possint respondere et si hoc magis dubium sit, per citatos a Diana refol. 5. saltem, que vocantur allegati ab eodem, ex aucto confesso Summi Pontificis scientis & tolerantis, sicut tenet Salgado ubi suprad. pralud. 3. m. 138. Lef. lib. 2. c. 33. dub. 3. Molin. de Iur. & Iust. tom. 2. tract. 2. disp. 270. n. 5. atq. ex ea quoque forsitan ratione, quod haec munitas Clericorum, solummodo secundum Theses quasdam generales Iuris Divini esse videatur, non in quovis casu speciali, consequenter sicut que Iuris Divini secundum Theses quasdam generales ut loquitur Mys. instit. tit. de Iur. nat. Gen. & Civili sunt, tam de Iure scripto quam consuetudinario in casibus particularibus limitari, inquit, ac distingui ex variatione & alteratione circumstantiarū possint secundū doctrinā citatis Mysing. Abb. in o. fin. de consuet. Rochi-Curtij, ibidem fusc. ita etiam hoc quoad consuetudinem aliquam particularēmet, fieri posse debet. sicut fuisse declarat Salgado. dict. loc. & videtur evidens exemplum in Feudis, in quibus cum cognitio ac iurisdictio quo ad controversias Feudales etiam seculari in Clericum competat de Iure Feudali, quod merè consuetudinum est, quæ tamen iurisdictio, secundum Theses quasdam generales sive absolute, ceteroquin seculari in Clericum negatur, sanè consuendo prævalere contra Ius Divinum secundum Theses quasdam generales acceptum posse, clarum videtur. Hinc passim de facto consuetudine obtentum est, ut Prælati alijvē Clerici, sicut etiam supra meminimus, bona Provin-

Provincialia vusgo Landiguerit obtinentes, tam in rebus  
quam personalibus actionibus in causa mere civilibus, coram  
Provincia per dem Landischaf. Gerich, conveniantur, ex ijs ma-  
xime moribus, ut volunt, evidenteribus, quod Provinciae prin-  
cipaliter interesse videatur, scire, ac cognoscere in quantum,  
& tunc, ex ejusmodi bonis Provincialibus, vel saltem illorum  
occasione, fiat solutio. Deinde an ratione debiti, propter  
quod aliquis convenitus est, non forte ad alienationem bono-  
rum Provincialium deveniendum sit, & utrum non in extra-  
neum, dei des Landis niti, ac forte vi statuti vel Iuris municipi-  
palis ne capax quidem horum bonorum existat, maxime cum ex  
ejusmodi bonis, onera communia Recipit, & Impetui ferenda  
sunt, ut adeo statuum Provincialium principalius inter sit, vi-  
dere, attendere, cognoscere, & judicare super debitissuarum  
comprovincialium, ne vel nimis debitis graventur, vel ratio-  
ne debitorum omnino in extraneorum, qui prossus de Provin-  
cialia no[n]a sunt, matus devoluantur. Cum propterea ple-  
rumq[ue] in subceptione magni alicujus mutui, Provinciae, vel  
Principis consensu[m] de super etiam obtinere Provinciales de-  
beant, Præterfim cum hic & nunc, non tam ut Clerici, quam  
Iuris Provinciales, sub qua[re] qualitate subjecti Provinciae &  
ejus Regimini in dubitate sunt, Iudicentur, velut Clerici  
Feudum tenentes, non ut Clerici, sed ut vasalli, Domino Se-  
niori etiam Laico, qui ad illius forum subjecti esse dignoscun-  
tur. Quæ sanè omnia locorum ordinarij, quibus alias de-  
Iure communi Clerici subsunt, cum aliquando ne quidem de  
eadem Provincia sint, non attenderent, in manifestum Pro-  
vincie ejusmodi detrimentum, ac ruinam. Verum quidquid  
chia rationes ponderis habeant, censeo nihilominus indifferen-  
ter, etiam in aliquo casu particulari, sine expressa approbatio-  
ne & confessu S[ancti]i Pontificis ex quacunq[ue] confuetudine in-  
ihererata Laicos Jurisdictionem in Clericos acquirere non  
possentum ex incapacitate, quoad Ius spirituale præscriptio-  
ne ac  
B[ea]t[us] P[etrus] A[ndreas]

80 *Quid possit consuetudo*

ne acquirendum in Ecclesiastice debito, rursum generali prohibi-  
tione SS. Canonum, & Bulle Gene Domini, unde quodma-  
gnus foret periculus, si pravaleste in uno vel altero loco  
contra libertatem Ecclesiasticam etiam quoad easum aliquem  
particularem consuetudo posset, facile in alijs quoq; locis &  
casibus invalidoram, ut animam quantum defacto experimunt  
tum deviq; quod rationes & motiva, hoc non ovincant.  
Nam tametsi concedamus, id quod luxus Divini, solum secun-  
dam Theses quasdam generales est, limitari ac restringi, tam  
de iure scripto, quam Consuetudinario posse, solummodo  
tamen hoc verum est, pro variatione, mutatione, & altera-  
tione circumstantiarum, & quando ratio, qua secundum po-  
sitionem aliquam generalem Iuri Divino aliquid subiecit, in  
casu particulari deficit, quod cum in proposito non sit, sed  
exdem etiam militent rationes in particulari, quas pro omni  
moda exemptione secundum Ius Divinum quoque prima*i*  
Questione de Origine hujus immunitatis attulimus, non est  
cum concedamus, in ejusmodi casu particulari Laios Jurisdi-  
ctionem contra Clericos prescribere vel consuetudine acqui-  
rirere posse. Et ad Summum allatae rationes politicas, ut  
quid evincerent, hoc obtinuerent, ut de solutione ejusmodi  
debitorum, certior quoque reddi Provincia deberet, non  
autem ut illa propterea necessaria Jurisdictionem in Clericos  
consequeretur, & alia Deus ita has duas potestates Ecclesia-  
sticam & civilem coniuxit, ac confederavit, ut in multis mu-  
tuarquisitione, vel auxilio catere non possint. Quod au-  
tem de Consuetudine Feudali Laci Jurisdictionem in Cleri-  
cos exerceant, soli consuetudini imputandum non est, sed  
quatenus illa de iure SS. Canonum recepta ac approbata est,  
ut adeo argumentari à Consuetudine per Sedem Apostolicam  
approbata ad non approbatam haud possimus. Sicut nec ar-  
gumenta superius absolute pro immemoriali consuetudine  
concludentia, quidquam stringunt, nam licet consuetudo  
immemo.

81

circumscriptum fortis

memorialis et quiparati privilegio dictatorum paged ut quod  
quis virorū privilegijs potest, etiam posse per consuetudinem  
memorialē dicatur, fallit tamen hoc, quoties dicta con-  
suetudo est irrationabilis, vel à līre reprobata, aut quoties  
datur incapacitas ex parte subjecti illam præscribere volentis?  
ut si in proposito seculares Magistratus, atq; ita resolvunt  
etiam Auctor & Barbos, et locis cum pluribus allegatis.

Secundum argumentum pro contraria sententia peditum  
apertientia & tolerantia summorum Pontificum, sicut illud  
fuit deducit Salgado dict. prelatis en. n. 139. etiam parum evina-  
citur quod ne tolerantia quidem allegari possit, cum finis  
gloris annis, in promulgatis Bullis in die Cena Domini fieri  
sunt Pontifex excommunicet contrarium facientes, sicut  
plures arrestantur allegati à Diaz regis mōr. p. i. truct. 1. resol. 5.  
Desinde ut vocat ex communī doctrina Suarez de LL. lib. 7. n. 13. n. 12.  
tolerantia, sola supposita scientia p non inducit sufficienter  
complēsum, quia multa per patientiam tolerantur, quae non  
approbantur, cum hād tolerantia mera videatur esse permisso-  
facti, de qua idem Suarez de LL. c. 15. lib. 1. hinc ait Summus  
Pontifex in c. cum iam audum. di proben. quod multa per patienti-  
am tolerentur, que si deducta fuerint in indicium, exigente iustitia non  
debeant tolerari. Et ut ut ex mente S. Thoma ibidem à Suare-  
z allegati tolerantia & scientia Summi Pontificis aliquando o-  
peretur tacitum consensum, illa tamen, ut bene notabitib; p.  
Suarez, non debet tantum esse permisiva, sed approbativa; q  
quae an talis sit, ex circūstantijs apparere potest. Hinc Ellius  
tom. 1. truct. 16. c. 10. n. 156. bene dicit, simplicē tolerantia quando  
Sci feci Princeps commode providere ac prohibere nō potest,  
nō esse sufficientem ad dispeñandum, authoritate Capituli de-  
signat. 14. cum potius in ejusmodi casibus taceat Sum. Pon-  
tificis ad gravissimum malum vel Scandalum evitandum, quando  
moraliter scep̄ seire potest, etiam si contradicat, populum,

M.

Prin-

82 *Auctoritatis qq. practicarum*

Principes, vel etiam surrogati Magistratus caput à præda consuetudine non destitutos vide etiam *Sardum. tom. i. cons. 30. n. 20.*

DUBITATUR TERTIO. NUM Clerici in aliqua communitate constituti carius triticum, vinum, & similia à sacra laici Magistratu pro certo pretio taxata vendentes, ab ijsdem puniri possint, vel si necessitas aliqua occurruat, eosdem etiam cogere valeant, ut ejusmodi virtualia vendant? Et respondeo supposita communis sententia, quod Clerici Legibus Civilibus ex vi Legislativæ potestatis politica non teneantur, sed solum ex aliqua aequitate naturali & improprie secundum vim directivam non coactivam, ut loquantur, per ea que satis fusè notat Laym. & nos supra cum eo lib. i. tract. 4. c. 13. n. 1. Dign. resol. mor. p. 1. tract. 2. resol. 8. Et exemptos esse à jurisdictione Laicorum, consequenter & à potestate illorum Legislativa, quæ consecutanea Iurisdictionis est per l. fin. ff. de Iurisd. omo. dict. expressa decisio est in c. Eccl. S. Marie de constit. ibi Barbos & communiter antiqui. Respondeo inquam quantum ad hujus questionis membrum primum negative, tamen si enim teneantur, secundum communem sententiam Theologorum, taxationem observare ejusmodi virtualium, y. g. frumenti, vini, butyri, pecorum &c. sub peccato mortali, ut testatur Diana dict. loc. resol. 8. propterea tamen transgressores Clericos punire sacerdotes non possunt; cum solùmodo secundum vim directivam ut diximus, non coactivam Legibus Civilibus Ecclesiastici teneantur.

Ideem dicimus eo quoque casu procedere, quo sub pena amissionis prohibitum est, ne quis frumentum, equos, vel quid simile extra Provinciam exportet. teste eod. Diana ibid. resol. 8. Azor. p. 3. lib. 5. c. 19. q. 13. possunt tamen propterea mulctari clerici delinquentes à suis superioribus Ecclesiasticis, et non necessariò eandem imponere penam obligetur pro transgressione, quæ delinquentibus Laicis constituta per Leges est, sed maiorem, ut notat dict. resol. 8. circa fin. Diana, cum Salas, decet enim

enim cum Clericis minus agere ob conservacionem status Ecclesiastico Etsi sic etiam quoad resolutionem secundi membra huius quæstionis pateret, si enim tempore necessitatis taliter cogi possent à Laicis Clerici, tunc immunes non essent à vi coactiva secularis potestatis & Legum ab illa latarum. Neque igitur, solum tritum pro contrario inculces, necessitas non habet Legem ad summum enim evincit ut tunc procedat, si tantum necessitas ab famis, ut periculum sit in mora, neque possit tam celeriter hoc negotium insinuari Iudici Ecclesiastico, ac ab eo expediri, quod moraliter vix vel non nisi in casu ratiissimo est possibile, vide quæ notantur in c. non minus c. ad versio[n]em de i[n]mun. Eccl. &c ibi pulchre Abb. c. quamquam de cens. in c. De qua leguntur in Bull. Can. Can. 12. Dian. ubi supra resol. 8.

DUBITATUR QUARTO, quid juris, quando Iudex Laicus Clericum deprehendit cum armis prohibitis, an illum ipsiusdem spoliare possit, vel si eum in flagranti criminis, præsertim sine habitu & cum dictis armis ambulantem occupet, an eatus capere Clericum valeat, quatenus eum ad suum Iudicem deducatur, & quam diu interim in suo carcere detinere possit? quod ad primum membrum respondeo, etsi Covar. tract. qq. 6. 33 n. 7. Cavat. de cogn. per vi. viol. p. 2. q. 54. n. 17, teneant, spoliari Clericum possit sine metu excommunicationis per Iudicem Laicum, præsertim nocturno tempore, scut in simili Salcedo ad Bernhard. Diaz. c. 68. cum alijs allegatis. a Dian. resol. Moral. p. 1. tract. 1. resol. 9. in fine tenet, Clericum exercentem prohibitam venationem, aut punctionem, posse spoliari a Iudice seculari, vel ejus ministris, avibus, canibus, vel alijs instrumentis, h[ab]eo tamen contrariam sententiam esse veram, ex principijs, priori dubio annotatis. Tum quod coactio observandarum iurismodi Legum Cœcilium quoad personas Ecclesiasticas, ad Iudicem Ecclesiasticum spectet, imo si Aloys. Ricci. p. 3. resol. 299, ut legum Dian. dict. resol. 9. citat, credimus, talis Clericus resistere cum his armis posset Laico, si illum propterea capere vellet, facere.

enim illi injuriam, quam vi repellere concessum est, si  
inquit: *Judex secularis, Clericum taliter ambulantem cum  
armis, solummodo Iure defensionis, vel suæ, vel alterius linchi,  
centis comprehendit, & utilitati, ac tranquilitati Reipublice  
consulit, præcidendo & anticipando tumultus, ac occasiones,  
quibus ipsa perturbari potest.* Respondeo hanc rationem.  
multum æQUITATIS habere, censeo itaque si arma prohibita, eâ  
mente & intentione auferre Clericis *Iudex Laicus* maximè no-  
stu velit, ut *Judici Ecclesiastico* illa contradat, Clericum re-  
sistere non posse, quod si sponte illa dare recusat, etiam vi ab  
illo tollere valere, vel ipsum et capere, quatenus quam citè fieri  
potest, illum suo *Judici* sitat, neque enim credendum est, in  
tali casu Ecclesiam vel Deum aut Pontificem Clericis immunit-  
atem, in tam evidens damnum ac conturbationem Reipu-  
blicæ indulisse. Et ejusmodi vigiles vel excubiae nocturnæ  
quasi executores & delegati eo tempore protestatis Ecclesiast-  
icæ censi possunt, ut adeò sententia nostra superius declarata  
procedat, si de die, ubi tantum periculum & perturbatio  
non militat, spoliare velit, vel in casu illicitæ venationis, vel  
piscationis, aut si noctu moraliter Laicus scire possit, ejusmo-  
di periculum non subesse, de quo tamen certò nocturno tem-  
pore raro constare potest. Quoad alterum membrum stante  
eodem periculo perturbationis Reipublicæ, vel rumoris no-  
cturni maximè si Clericus sine habitu sit, & cum armis prohibi-  
tis, censeo capi posse, modò diu in seculari carcere non de-  
tineatur, sed quam primum fieri potest, Ecclesiastico *Judici*  
præsentetur, ob rationes paulò superius allegatas. *Barbosa*,  
qui in collectan. ad *Decretal. c. Clerici, 2. de vit. & honest. Cler. cum al-*  
*legatis à se. contrarium tenet, intelligendus est extra casum no-*  
*cturni temporis, aliarumque circumstanriarum superius, à no-*  
*bis consideratarum.*

Quoad ultimum membrum, et si aliqui apud *Dian. ritati.*  
*ditt. loc. resol. u. teneant ultra spatiū viginti horarū deti-*

nere Laicum Iudicem in sub carcere Clericū non posse, ven-  
se tamen cum Barboſ dīc. excommunicatiōne eiūſi o-  
di Iudicem non effugitorum, ſi, cum potuiffet in continenti ad  
Iudicem Ecclesiasticum dicere, non duxit. Neque in o. m  
fama de ſent. ex com. Et a. cum non ab homine de Iudicis, quæ alii qui  
pro fe allegant, illo veritate mentio fit ſpatij viginti horarum.  
Dubitatur quārtojā valerat statutū, ne Laici, vendant  
Clericis, ne molantur coquunt vanem, aliavē ſervitia, aut  
obsequia prætent, vel si clamatur, ne bona immobilia aie-  
nentur in personas Ecclesiasticas, aut ſine licentia Principis  
terræ, nova Monasteria erigantur. Et respondet quantum  
ad primum, quidquid Chiesa. v. Excommunicatio. Navar. in  
Manual. c. 27. n. 19. afferant, ejusmodi statutū facientes  
excommunicationem non incurere, quia ejusmodi natura  
ſint potius contra libertatem politici convictus, quam contra  
libertatem Ecclesiastici, taliter ſtatuentes censuram excom-  
municationis non effugere, per expreſſ. rex. in c. eos. ac immunit.  
Ecclesie. &c tenent communiter Theologi teſte Diana dīc. loc.  
teſol. 59. Suar. de cens. diſp. 21. ſect. 27. n. 93. Reginald. tom. 1. n. 9. o.  
c. 24. n. 359. Ratio allegata ab adversarijs nulla eſt, tamē ſi eu-  
niam libertatem quoque politici convictus ejusmodi ſtatutū  
offendat, quod non negamus, offendit tamen etiam ipſas per-  
ſonas Clericorum, quæ cum fraxime in favorabilibus, pro ci-  
vibus Reipublicæ reputentur, habeantque communionem  
politican cum Laicis liberam quoad commercia, non debent  
deterioris eſſe conditionis quam Laici, praeterea cum de fili-  
lorum qualitate ac personis ſaculares omnino diſponere neq;  
queant, & ſufficere deberet, ad incurrendam excommunica-  
tionem, ſi saltē in directe ejusmodi prohibitio immunitatem  
Ecclesiasticam laceret, ut constitutum in Bulla Cena Domini  
Canon. 15. legimus.

Quoad alterum membrum eadem ratio militat. Et cum  
tām de iure naturali quam civili, per l. in bēmis. C. de SS. Ecclesijs.

## 36 Auctarium qq. practicarum

concessum sit Ecclesiasticis personis donare, quare malignitas  
 statutorum hoc impedit? præterit cum expressa deciso  
 cit. c. eos. in o. excommunicationi subiiciat, prohibentes, n.c.  
 quis Ecclesiasticis personis vendat. ut adeo parum curatus sit  
 Molin. de Iur. & Iust. tom. i. tract. 2. diff. 140. n. 18. quando con-  
 trarium contra expressam decisionem Summi Pontificis do-  
 cere autus est, quasi ejusmodi alienationes in Ecclesiasticas  
 personas directo facta cedant in detrimentum secularium, quod  
 falsum est, maxime in nostra Germania, ubi proportionaliter  
 tenentur ratione ejusmodi bonorum ad onera, non secus  
 quam priores possessores transit enim res onere reali affecta,  
 eadem qualitate & obligatione etiam ad Clericos. Amplia-  
 mus autem hanc conclusionem, ut etiam eo in casu Clericos  
 non comprehendi putemus, quo solum in genere statutum  
 loqueretur, ne in extraneos, & qui subditi territorio non suar,  
 dicta bona immobilia alienarentur, dispositio enim generalis  
 non complectitur causis vel personas in specie privilegiatas,  
 neque sub dispositione generali, comprehenditur id, de quo  
 in specie disponi nequit, L. Lucius. §. penult. ff. ad municip.  
 & ita cum plurimis titatis teneret etiam Diana. ubi supra. & Bar-  
 bos. in c. Ecclesia S. Maria. de constit. n. 29. Quoad tertium  
 membrum dico, tale statutum etiam contra immunitatem Ee-  
 clesiastica fore, consequenter nullum, hac enim licentia de  
 SS. Canonum lure penes Ecclesiasticam potestatem est, non  
 penes Laicam, ut adeo illam velle sibi præcipere, vel com-  
 municare in illa, sit dictam immunitatem violare, per ea  
 quæ notant interpp. in c. fin. de relig. domib. & concludit  
 Dian. cit. loc. resol. 61. & resol. 128 propter eandem enim ratio-  
 nem, scilicet, ut attendatur, quomodo dicti Regulares susten-  
 tari possint, aliaque inconvenientia inter Religiosos cavean-  
 tur, haec licentia ab Ecclesiasticis petenda de lute SS. Cano-  
 num fuit, quorum principaliter interest haec curare.

DUBITATUR SEXTO an Princeps, si per aliqua statuta

disponande his quæ ad funera & exequias, vel administrationem  
Sacramentorum, maxime quantum ad remunerationem pro  
labore in illorum cura habito attinet, offendat immunitatem  
Ecclesiasticam. Deinde an possit irritare aliqua juramenta,  
quæ in certis contractibus apponi possent, aut relaxare obli-  
gationem ex ijs alias nasci solitam, vel quarto cogere subdi-  
litos, ut si metu aut injurya extorta sint juramenta, obligatio-  
nem illorum remittant. Quantum ad primum attinet, et si  
sciam passim in Bavarico Iure, vulgo Landis vnd Polcen Ord-  
nung præsertim tit. 9, vonden Seelgeraden / vnd Begehrungen  
Wnecken/ expreßè constitutum esse, quid pro administratio-  
ne Sacramentorum, v. g. Extremæ Unctionis, porrectione  
Venerabilis Sacramenti, funeratione, sepulturâ, Parochis lo-  
garum daadum sit, dicaturque eodem tit. in præfatione ejus-  
modi statuta, mit vorwissen / vnd aurchassen der Ordinarten / a  
Principe condita esse, sentio tamen nihilominus, ejusmodi  
constitutiones contra libertatem Ecclesiasticam esse, neque  
ullo modo vel Clericos vel Laicos adstringere. Et primò quo-  
ad funerationem libenter admitto cum Dian. p. i. resol. 64. Q.  
Felin, in c Ecclesia S. Maria, de constit. n. 112, distinctionem, quæ  
discernendum sit, num ejusmodi Princeps disponat præcise  
abusus Pompei tunebri prohibendo, ut de pannis & vestibus  
nigris, ac lugubribus, quanti pretij & valoris esse possint  
quæ & quot cubicula ijs in sterni debeant, ac de alijs externis  
solemnitatibus, quæ nullam habent relationem ad cultum Di-  
vinum, & ex quibus nihil utilitatis Ecclesijs, vel Clericis ac-  
cedere, aut minui potest, vel pati detrimentum cultus Divi-  
bus, aut Ecclesia. Vel utrum disponant ejusmodi Principes,  
aut Magistratus Seculares, de his quæ pertinent ad Clericos,  
sulum Divinum, aut ad animarum salutem; sive jam illud  
fiat directè, sive indirectè, puta statuendo de numero Missarum,  
de sandelis, de Eleemosyna, de oblatione Clericis facienda  
Clericorum aut Religiosorum numero, qui debeant comitari  
funus,

funus. & similibus. Atque cuncto cum est. Diana. Taberna.  
 Excommunicatio. Reginald. i. lib. 9. c. 23. n. 360. alij q. ab eodem  
 Diana. dict. resol. 6. 4. p. 1. allegatis. Quantum ad primum distin-  
 ctionis membrum. ejusmodi statutum ad solam Pompam. &  
 extrinsecam solennitatem restringendam omni luce à Laicis  
 fieri posse. cum neque directè. neque indirectè. contra liber-  
 tatem Ecclesiasticam tenet. & circa personas. & res ematet.  
 quæ de eorundem. ut supponitur. Iurisdictione sunt. Quoad  
 secundum autem distinctionis membrum. dico nullo modo.  
 sine excommunicatione certò inducendâ posse ejusmodi statu-  
 tuta condere Laicos. tantum etiam indirectè utilitatem vel  
 libertatem Ecclesiastum aut Ecclesiasticarum imminuentia.  
 d. Canon. 15. Bull. Cane. Dom. Hinc optimè notat Diana cum ci-  
 taris dict. resol. 6. 4. non valere statutum moderans cereorum &  
 candelarum numerum solitorum in Ecclesia apud funus re-  
 manere. ex illo enim impeditur Bleemosyna. & ministeriorum  
 aliqua utilitas Ecclesia. Clericis. vel Religiosis provenientia.  
 Idem asserit Diana de culcitris; quæ apponi aliquibus in locis  
 ad corpus defuncti solent. modo nemus surae situr penes Eccles-  
 iam. ex quibus postea efficiuntur paramentra pro altariis.  
 vel vestibus Sacerdotibus. & ita debet etiam Sylvest. ibid. cit.  
 v. immunitas. s. n. 10. vers. statutum q. 2. Paludaria q. sent. dist.  
 18. q. 4. art. 3. Neque obest. quod dicitur Graffius in suis decisi-  
 pti. lib. 4. c. 18. n. 135. Sorsa in Bull. Cane. 16. diff. 94. concl. 2.  
 pro contraria Sententia. ejusmodi eras. culcitras. & candelas.  
 ordinari ad pompam & temporalem honorem defuncti. Ed  
 enim ipso quod penes Ecclesiam fut remansuræ. non tantum  
 deser viunthori defuncti. sed etiam ad Bleemosynam Eccles-  
 iam & Clericorum faciunt. quæ non potest non indirectè fædi-  
 si ejusmodi statutis. huc usque adhiberi solita prohibeantur.  
 Neque valet excusatio hujusmodi Principum. dum asserunt  
 se scientibus & approbantibus locorum ordinarijs tabia statut-  
 ta condere. aut illis solummodo servanda promulgare. qui

suorum iurisdictio[n]is sunt, v. g. Laicis de eorum territorio exterritibus. Nam quoad primum, et si communiter teneant DD. cum gloss. in c. 2. de Iudicij. ibid. Abb. Decian. in tratt. crim. tom. I. lib. 4. c. 9. n. 70. Barbos. de potest. Episc. alleg. 109. p. 3. n. 4. Episcopum causas Clericorum saltrem pecuniarias & temporales posse Laico delegate, maxime, ut idem Barbos. ad cit. c. 2. de Iudicij. ex Marc. Anton. Genuen. in pract. Ecoles. q. 730. advertit, si non adsunt Clerici idonei, & non sicut commissio vel delegatio generalis, facultatem tamen Laicis condendi hujusmodi statuta Episcopi dare non possunt, vel iam condita a secularibus approbare. Et haec sententia est commonis, & tenet passim interpp. in o. Eccl. S. Mariae, de constit. ibi Abb. Felin. Host. & reliqui D.D. per text. express. in verbo; unde statutum Basili illa reprobatum potissimum ratione fuit, quod auctoritate Romani Pontificis non fuerit ratiocinatum. vide etiam Anton. Burgos. in repet. bnius. c. m. 97. & seq. & qua tradit. Dian. tom. I. tratt. I. resol. 12. ubi etiam allegat Navare in manual. c. 27. n. 6. Quo ad secundum respondeo, licet hoc mantile secularis passim praetekant statutis, quæ cum aliquali gravamine libertatis Ecclesiasticae procedunt, nihil tamen ex eo juvantur, cum indubitate excommunicatio vibretur, ut paulo superius vidimus, in omnes, sive directè sive indirectè immunitatem Ecclesiasticam offendant, & ita notant etiam communites interpp. in c. eos. de immunn. Eccl. in 6. cum gloss. & c. quanto de priuilegiis & quæ notat Sayr. in excommun. Bul. Can. Domini. excom. 15. vide in specie Geminianum dict. c. eos.

Quantum ad secundum dubitationis sexta membrum attinet, an Princeps supremus possit irritare aliqua iuramenta, quæ in certis contractibus apponi solent, ex eo forte motivo, quod alias ratione juramenti tales contractus devoluerentur ad forum Ecclesiasticum. c. fin. de for. compet. in 6. Respondeo, licet etiam quoad hoc membrum aliqui Theologorum teneant, ut videre est apud Dian. p. 1. tratt. 1. resol.

## Auctarium qq. practicarum

90 <sup>100</sup>  
 113 per cit. Molin. ibid. de Iur. & Iusti. rom. tract. 2. disp. 147. n. 12.  
 Sanchez. in moral. tom. i. n. 3. c. 22. n. 10. & u. Layne. lib. 4. tract.  
 3. c. ii. n. 9. Ex ea maxime ratione à pari petita, ut ratioci-  
 natu Sanchez. dict. loc. quia sicut Ecclesia non potuit directe,  
 & immediate irritare matrimonium clande stinum, quatenus  
 est Sacramentum, cum id facere solius Christi sit, at po-  
 tuit saltem indirecte & remotè, destruendo scilicet directe  
 & proximè contractum humanum, quo delecto, tanquam  
 fundamento, consequenter destruendum maneat Sacramen-  
 tum ipsi innitens, sicut idem Sanchez explicat late de marri-  
 gio, lib. 3. disp. 4. n. 5. ita licet Princeps Secularis nequeat suā  
 lege juramentum praekandum irritare, cum sit vinculum spi-  
 rituale, ejus potestatem excedens, poterit tamen indirecte  
 & remotè irritando scilicet contractum humanum antequam  
 ineatur, quo omnino delecto destruatur, & irritetur  
 consequenter juramentum in ipso fundatum. Hac tamen  
 ratione alijisque à citatis Theologis noviter & nulliter inven-  
 tis non obstantibus, censeo cum cit. Dian. resol. 65. & resol. 112.  
 dict. loc. Mart. de Iurisd. p. 4. cent. i. casu. 72. alij ibidem allegatis  
 contrariam sententiam veram esse, tumquia neque indirecte  
 seculares se intromittere possunt disponendo quoad ea, quae  
 sunt juris Canonici, vel cavere, ne illa, quae sunt de Jure  
 SS. Canonum disposita, locum habeant; ut taceam directe  
 eò collimare ejusmodi prohibitiones & irritationes contractu-  
 um a Principibus factas, ne juramenta, quae alias talibus  
 contractibus, apponi solent vel possunt, effectum sortian-  
 tur. Facit deinde contra hanc sententiam, non unus sed plu-  
 res textus Iuris Canonici, ex quibus manifestò liquet, quod  
 rametsi supremus Princeps v.g. Imperator, contractum aliquę  
 expressè irritaverit, eò quod in bonum publicum ejus irri-  
 tationem cedere existimarit, ac propterea juramentum ejus  
 confirmatorium tanquam contra bonos mores præstatum  
 infirmaverit, nihilominus tamen eo ipso, quod juramentum  
 apposi-

appositum esset, SS. Canones esti modi contractus, et si in se nullos, ratione juramenti suermentis voluerunt sub peccato mortali observari, nam quis nescit contractum alienande dotis, vel donationis propter nuptias a Marito factum de consensu Uxoris, etiam juramento firmatum, de jure civili esse irritum & nullum, haberique juramentum tanquam contra bonos mores prastitum? per ea quæ notantur interpp. in c. lices. de iur. iuri. m. ubi gloss. & ex recent. Barbo. ibid. in. p. lib. 2. tit. 8. gloss. ibi in verbo, neq; consentientibus, ubi ad hoc citat. l. 1. ff. soluto matrimonio. & l. de die ff. pact. dotal. vide etiam quæ notantur in c. quamvis ff. de pact. in 6. & in sua relect. quam ad idem c. fecit. Covar. p. 6 maxime §. 2. & 4. & p. 2. §. 2. & 3. & denique quæ notantur in c. cum contingat ex iura de iur. iuri. ibid. Fusc. Abb. & tamen si juramento nullatus sit ejusmodi contractus, observandum esse SS. Canones statuunt in cit. c. lices. in 6. sicut idem quæ ad pactum defut. success. obtinet, quod alias de iure civili nullum esse constat ex l. pactum dotali. ff. de collat. t. si quando. §. 1. C. de inoff. test. & sic vides quam sterili nitatur fundamento discursus Sancheti, quem miror ad hos textus SS. Canonum non attendisse, cum è diametro cum ipsis ratiocinazione pugnent, & vocat in terminis gloss. in cit. c. cum contingat, de iur. iuri. sape propter periculum animæ potius accessorum considerari quam principale.

Caterum argumentum à pari petitum in præsentiarum nihil urget, tum quia licet ab ejusmodi Principibus contractus etiam ante quam ineatur, iubetur esse nullus, notum tamen est ex adductis Canonibus, si juramentum eidem accedat, ratione juramenti observandum esse, tum quia Sacramentum matrimonij, nullatenus oriri, vel sublistere potest, non supposito valore contractus matrimonialis, secus est in iuramento, quod interponi, & apponi valide etiam contractui de se nulli potest, debetque ut vidimus observari. Cafus est evidens in o. debitores, de iur. iuri. & quæ ibi notant interpp. 6773  
alioque

rum Covar. in eis sua celebre quamvis p. 2. & balst Quoad tercium dubitationis membrum, an Princeps relaxare obligacionem ex juramento nasci solitam possit, Respondeo, et si hoc affirmet teste Gutierrez in repet. auth. Sacra<sup>m</sup>enta puberum. Cod. si aduers. vend. n. 46. Glossa in l. fin. ff. qui satisd. cogan. l. non dubium. C. de LL. l. fin. C. de non numer. pecun. Iason plures citans, in ead. l. fin. ff. qui satisd. cogan. ex eo maximè motivo, præter alias rationes allegatas à Ias. n. 23. quia etiam pars, in cuius favorem est præstitum juramentum, illud relaxare, ac remittere potest, ergò maximè videtur statutum vel Princeps posse. Bala. ibid. alleg. in l. fin. in fine. C. de fidei suffitoribus. Contrariam tamen sententiam putamus esse veram cum cod. Iason. ibid. n. 26. Guttier. est. repe. n. 46. & ratio secundum eandem Iason. ibidem est, quod ex doctrina Ioan. And. in c. tua nobis il. t. de decimis. quem ibi sequi communiter DD. assentit, quando Leges Civiles statuant, juramentum non esse servandum, sint nulla & non valeant, nisi forte eo in casu, quo juramentum esset contra bonos mores naturales, vel nutritivum peccati, ad Lalcum enim non pertinet dispositio de spiritualibus. Tum quia secundum decisionem c. fin. de for. compet. in 6. & c. venerabilior. de Elect. juramentum spectat ad Ecclesiam, tum quia, ubi tractatur de peccato, semper statutus Juri Canonico, etiam in foro civili, c. possessor. de re indicati. in 6. & c. fin. de prescript. Bart. in l. privilegia. C. de SS. Eccl. tum quia juramenti religio ad reverentiam & fidem Deo servandam pertinet, ergò per consequens ad Judices & Pralatos Ecclesiasticos veluti res spiritualis, spectabit ejus declaratio per text. in c. novit. de Indicij. & c. cum contingat. de iur. iur. ut loquitur Gutier. dict. loc. Ratio pro contraria sententia adducta nihil urget, facit enim hanc remissionem juramenti pars, in cuius favorem appositum est juramentum, Authoritate Juris Canonici, volentis ut juramentum hanc tacitam conditionem recipiat. Sicut notari ait Iason. in c. quemadmodum de iur. iur. & c. tua de sponsalibus.

Deinde

Deinde cum tale juramentum immediate apponatur in favo-  
rem partis; cui sit tale juramentum, non aliter intelligitur  
illud acceptare Deus, quam cum dependentia quasi in con-  
seruari ab obligatione parti per juramentum immediate qua-  
liter ita ut ad illius remissioem remittatur, ad illius manu-  
tentionem manuteneatur. maximè si vera est doctrina Iasonis  
allegantis ad hoc Ioan. Andri. in c. statutum. 10. de heretic. in a. &  
Anton. de Burio. in c. 1. de sponsal. quod etsi partes contrahentes  
super sponsalibus, & matrimonio facere possint pacta & spon-  
siones, per text. in c. fin. & ioto tit. de condit. apposit. Laicū tamen  
per statuta disponere super matrimonij non possine.  
Quoad quartum dubitationis membrum, utrum Laicus Prin-  
cepsjuramentum, metu vel vi extortum, relaxare possit, cen-  
suo breviter in dubio non posse, per satis express. text. in c. ve-  
niorabilem. Si idem etiam contra propria. iuram. de elect. & que notat  
Abb. in a. pervenit 2. de iur. iur. Diana. resol. mor. p. 1. tract. de im-  
mann. resol. 115. Felin. in c. cuius su generale. n. 7. de. for. compet. Gu-  
tier. cit. repet. n. 160. Azor. tom. 1. lib. u. c. 9. q. 6. Molin. de iur. &  
Iust. tom. 1. tract. 2. disp. 149. vers. aliud accipe. Quod si tamen  
notum foret, metu vel vi extortum esse, catenus relaxari posse  
existimo cum Abb. cit. c. de iur. iur. quatenus secularis Iudex  
illud turpiter recipientem compellere possit, ut remittat obli-  
gationem sibi per juramentum quesitam, non ut illa vere &  
propriè vinculum juramenti etiam illicite præstiti dissolvat,  
quod solius Ecclesiastici Iudicis est. Adverte tamen etiam  
eo in casu quo taliter etiam Iudex Laicus compellere laicum  
sibi sub dictum ita juramentum turpiter recipientem in negoti-  
o alijs ad forum secularare spectans potest, Iudicem quoque  
Ecclesiasticum se immiscere posse, quatenus scilicet negle-  
cto Iudice seculari, jurans adire Ecclesiasticum valet, ut com-  
pellat creditorem remittere hujusmodi juramentum, ita  
Abb. & Diana cit. loc. Covar. var. lib. 1. c. 4. n. 5. Quis autem  
Iudex competens ad relaxandum hoc iuramentum sit, num

Iudex rei vel actoris, tradit. Abb. in c. a. de for. comp. n. 3. ubi ex Lappo alleg. 10. concludit, quod is qui juravit solvere uluras, relaxationem juramenti petere, à Iudice suo ( persona Rei scilicet ) possit.

DUBITATUR SEPTIMO. an communitas, vel Principes statutum facere possit, quatenus omnia prædia, qua sunt in eismodi Principis vel communitatis territorio, perpetuo onere collectandi sint affecta, quocunq; tandem transiverint, adeo, ut etiam ad Ecclesiás postmodum aliquod prædium perveniens hoc onere teneatur, ad hoc forte exinde impulsi, quod alias ejusmodi prædijs ad Ecclesiás plena immunitate migrantibus, Laici residuorum prædiorum possessores ibi locorum minus ferendo oneri collectandi sint. Secundò annon saltem testator legans ejusmodi fundum Ecclesiæ, eum hoc onere obligare possit. Tertiò, num statutum ut primogenitus excusat secundogenitum in bonis paternis, & masculis feminas, constringat etiam Clericos vel Religiosos, de quibus fuse Felin. in c. Eccl. S. Maria. de constit. a. n. 76. cunctis. ibid. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 13. q. 1. 2. & 8. vers. uenit solent esse. Quantum ad primum questionis membrum attinet, et si Bart. in l. rescripto. §. sciendum. versi sed quaro. ff. de mun. & bon. affirmativam tenet, contraria tamen sententia communiter recepta est teste Felin. ubi supra n. 76. Azor. dict. c. 13. q. 1. Fundamenta Bartoli ad cir. l. si recte examinentur, solum concludunt in prædijs tributarijs, quando scil. onera sunt annexa rebus, antequam perveniant ad Ecclesiam, de quibus neque nos dubitamus, cum de hoc quoque secundum. Canones ita sit dispositi. 8. si tributum. II. q. 1. c. magna. ead. caus. & q. c. tributum 23. q. 8. transit enim res cum suo onere. c. cum non sit. c. pastoralis. de decim. c. ex literis. de pignor. l. alienatio. ff. de contrahend. empl. & l. si Divina. C. de ex act. tributi. lib. 10. aliud enim tributum vel onus est, quod simpliciter rebus impositum esse dignoscitur tertum & invariabile, ut si alicujus loci territorialis qualibet possesso

potestis vel fundus obligatus ut, quotannis certam ac stabili-  
 lem pensionem exsolvere, & tunc ejusmodi fundum ad Cle-  
 ricos transeuntem idem onus secum trahere in Ecclesiam dici-  
 mus, aliud verò tributum, pensio vel onus est, quod personis  
 aut rebus tantum quidem impouit, non tamen certū & in-  
 variabile, ut si Respublica Itauar, quatenus omnis possessio,  
 ad quemcunque devenerit, obligata sit ad solutionem pen-  
 sionis annuæ, prout Respublica vel populus contributiones  
 solvi decreverit, Et hoc secundo casu non putamus fundos,  
 vel dictas possessiones ad Ecclesias transeuntes ejusmodi col-  
 lectis & contributionibus subiici; tales enim Collectæ non  
 inhærent rei, sed imponuntur tum ratione persona, tum pro-  
 pter bona, adeoque soluimmodo subiectis, ut concludit  
*Felin. dict. loc. exc. i. de immun. Eccles. in o. cum Dominic. per S.*  
*Sciennum. dict. l. rescripto.* Et hanc nostram sententiam, tenet  
 etiam Bald. in l. placer. C. de SS. Eccles. & Abb. in c. fin. de  
 vir. & honest. Cler. ubi vult ejusmodi statutum ex eo etiam  
 pro invalido haberi, quod tanquam in præjudicium & frau-  
 dem libertatis Ecclesiast. concinnatum sit. Et sequeretur hoc  
 absurdum ex sent. Bart, quod munus mixtum habendum esset  
 pro reali, quod secundum *Felin. dict. loc.* implicat contradic-  
 tio-  
 nē, & est mutare nomina appellativa quod est impossibile. I. si  
 qui in fundi. ff. de legat. i. Et sic via fictionibus daretur in præ-  
 judicium Ecclesiarum, fictio enim est, quod munus mixtum  
 fngatur merè reale per Host. & Ioan. Andr. in c. postulati. de for.  
 compet. Secundò licet ejusmodi collectæ habeant causam de  
 præterito ex generali ordinatione statuti taliter conditi, for-  
 mā tamen primū acciperent postquam res esset facta Ecclesiæ,  
 impossibile est autem ut tunc formetur obligatio, ubi inveni-  
 tur persona, qua non potest affici obligations, & res mu-  
 tavit statum L serv. Styclus meu. ff. de manuif. testam. non  
 enim inspicitur tempus legis conditæ, sed tempus solvenda  
 collectæ. Tertio statutum de solvendis ejusmodi collectis;  
 habet

habet in se conditionem potestativam, scilicet si imponantur,  
 quæ conditio nō potest trahi in præjudicium tertij possessoris  
 præsertim privilegiati l. potior & l. quibalneum. ff. qui potior in pign.  
 bab. Eandem hanc nostram sententiam, tenet Ludov. Rom. in  
 l. si publicanus. ff. de publio. ubi recte sic etiam infert: aut talis  
 statutum facit expressam mentionem casus, quo prædium per-  
 veniret ad Ecclesiam, & clarum est quod non liget per authent.  
 cassa, C. de SS. Eccles. aut loquitur generaliter, & tunc tale sta-  
 tutum tanquam odiosum, non comprehendit Ecclesiam, sicut  
 etiam in superioribus advertimus per l. Lucius S. penult. ff.  
 ad municip. Vide etiam Cardinal. in repet. c. perpendimus. vers.  
 venio ad tertium. de sent. excom. Quoad secundum dubitatio-  
 nis membrum dico, neque hic videri testatorem, tali onere  
 fundum in Ecclesiam transferendum efficaciter obligare pos-  
 se, ex rationibus pro primo membro hujus dubitationis alle-  
 gatis, tametsi enim quis privatus res suas Ecclesiæ donans,  
 adjicere conditiones & onera possit, teneatur quæ Ecclesiæ  
 illa observare, per ea quæ notantur. in c. verum. de condit. appos.  
 solummodo tamen intelligimus hoc procedere, quando con-  
 ditio & onus contra SS. Canones & libertatem Ecclesiastici-  
 cam non sunt, sicut essent in proposito, cum collectatio Ec-  
 clesiæ quoad hos fundos, quæ post talē donationem fieri se-  
 condum contrariæ sententiæ authores potest, subiiceret Ec-  
 clesiæ Laicis, quod fieri non potest, cum collectæ, sicut  
 paulò vidimus, variabiles & incertæ quæ imponuntur tūm  
 ratione personæ tūm propter bona, imponantur solummodo  
 subjectis. Etsi hoc Princeps vel omnes populi certi aliquujus  
 loci facere non possunt, ut transeant eorum prædia simplici-  
 tè & in genere obligata, cum tali onere in quovis possesso-  
 res, quomodo homo privatus expresse mentionem faciens  
 Ecclesiæ imposterūm quasi personaliter Laicis obliganda ra-  
 tione factæ donationis hoc poterit? Quoad tertium dubita-  
 tionis membrum, communiter distinguunt, sicut videre est per

Abb.

Abb. in c. quod Clericis de for. compes. vers. & faciunt hac. Paul.  
de Castro. conf. 335. quod incipit in Christi, teste Felin. ubi supra. n. 77.  
an Religiosus vel Clericus ad Monasterium vel Ecclesiam  
transiverit, ante ejusmodi statutum conditum, vel post, si pri-  
mum, non excludatur, secus si secundum, tunc enim com-  
prehendere illum potuit statutum, tanquam personam adhuc  
subjectam sibi & obligabilem. vide etiam Azor. dict. tom. 1. l. 5. q. 8.  
vers. item solent. cit. Nota denique Auctarij loco practicam.  
cum Felin. dict. c. Eccl. S. Marie. de constit. a. n. 107. & Dian. dict.  
p. 3. tract. 1. de immunit. Eccl. resol. 68. quid agere debeant Epi-  
scopi, casu quo Clericorum immunitas ejusmodi statutis, con-  
fuetudinibus, alijsque sanctionibus violatur. Primo itaque  
attendum erit, quoties eduntur a Laicis statuta, num du-  
biu[m] sit, an illa libertati Ecclesiasticae adversentur, aut mani-  
festu[m] existat, quod illa imunitati Ecclesiaru[m] repugnat, si dubiu[m]  
cogere debebunt hujus statuti conditorem Episcopi, si possint,  
quatenus expressè declareret, tali statuto Clericos non com-  
prehendit, si vero manifestum, ocyus mandabunt Legislatori-  
bus, ut ejusmodi constitutiones omnimodo tollant, quod si  
facere renderint, ipsi Episcopi propriâ authoritate illas ab-  
rogabunt; tale statutum, vel legem irritam ac invalidam  
esse declarando, quod utinam observaretur.

## F U L L O N I S .

ADMODVM REVERENDO, ET DOCTIS-  
SIMO DOMINO DEFENDENTI.

JVRA suos armant cives, & Legibus instant:  
Ne crebris animam litibus orbis agat.

Et Civis Civis defendat, Iura tuatur,

Afreach; sacro se probat esse Duxem.

Iure Corona manet Iuris sic Civica Civem:

Nam quoque Iura sovent, cui bona causa faver.

Symbolon perpetui honoris & Amoris posuit:

M. IOAN. BAPT. BRUEDER,  
SS. Theol. & SS. Canon. Studios,

AD MODVM REVERENDO  
E T  
DOCTISSIMO. D. JURIS UTRIUSQUE CANDI-  
DATO, THESIVM HARVM PROPVGNA-  
TORI, SVO ANTECESSORI.

**Q**uid foras rauca tuis imples MARTINE querelis?  
Materies studio non satis apta tuo est.  
Scis, Tibi causarum fas non est esse Patronum,  
IN SORTEM DOMINI TURBA VOCATA sumus.  
Sed benè si memini, non est mens ista serendi  
Iurgia, nec rauco verba locare foto:  
VIS LIBERTATEM CLERI defendere SACRAM;  
Causa Patrocinio quām benè digna tuo!  
Distrahimur passim, Laicāque rotamur IN URNĀ,  
Ecclesiæ donec pedita causa gemat.  
Infenos CLERO Laicos nisi Iurē probetur,  
Exemplo doceant, credere posse suo.  
Non dubito, vincet, tanto bona causa Patrono,  
MARTINUS gladium, quo tueatur, habet.  
Amoris & honoris ergò applausit.

SEBASTIANVS TÜRCK,  
Presbyter Colleg. Lodronij Praecept.

EIDEM DOMINO DEFENDENTI.

**M**axima debetur sacro reverentia Clero,  
Arbitrio cuius sidera clausa patent.  
Sed quantis hodie consinditur Ille flagellis?  
Nam pañim sacro luditur in corio.  
Et licet usque novis vulgentur pralia libris.  
Ac strepat ianumeris docta Palestra logis:  
Nulla tamen similem certarunt lemmata pugnam,  
Nec, qui pro nobis congrederetur, erat.  
Perge ferire feros Cleri pugnaciter hostes,

Namq; Tuō poterit Liber hic esse Libro.

VVOLFGANGVS LEITMAN,  
M. CHRISTOPHORVS PRANTÄVER { Cooperatores  
debitæ obseruantia ergo Applauerunt VVagingæ.  
D. Parochio suo.